feros, iacebit in luto: quicunq; verò purgatus atque initiatus illic accesserit, cum diis habitabit. Sunt enim (vt vulgo aiunt qui in mysteriis versantur) thyrsigeri quidè multi, Bacchi verò pauci. Hi verò, vt equidè opinor, nò alijs sunt quam qui rectè philosophati sunt. quorum quidem in numero vt essem nihil in vita, quantum in me fuit, vt rectè contendere, certo scimus, si Deus voluerit, paulò pòst, vt mihi videtur. Hanc igitur excusationè affero, ò Simmia, & ò Cebes, cur cum vos, eosq; qui hic sunt dominos relinquam, merito non agrè feram neq; indignè: spero enim me & illic non minus quam hic bonos dominos amicosq; inuenturum. Multi verò id mihi me credit. Si igitur defensio mea vobis magis quam Athenièsis iudicibus persuaserit, bene se habet. Cum hæc Socrates dixisset, suscipiens feromonem Cebes, sic inquit, Cætera quidem, ò Socrates, rectè dicta videntur: quantum verò ad ipsam animam spectat, valde ambigunt homines, ne anima à corpore separata nusquam sit vterius, sed ea ipsa die qua homo mortem obierit, intereat, flatimque seivicta à corpore dissoluatur, atq; egrediens quasi ventus aut fumus dissipetur atq; evanescat, neque vsquam vterius omnino sit aliquid. Profectò si esset alicubi collecta in semetipsam, & ab his malis quæ tu modò narrabas liberata, multa nimirò bonaq; spes esset, ò Socrates, vera quæ dicebas fore. Cæterum ad id fortalè persuasione fidè que non parua opus est, vt credatur superesse animam post interitum hominis, atque aliquam vim intelligentiamq; habere. Vera, ò Cebes, loqueris, inquit Socrates. Verùm quid agendum cenies? an fortè de his ipsis confabulandum, verùm ita esse, an aliter probabile sit? Libenter equidem, inquit Cebes, audirem de his rebus quid sentias. Neminè arbitror, inquit Socrates, hæc audientem, ne si comædus quidem sit, esse dicturum nugari nunc me ac de quibus minimè oporteat verba facere. Si ergo placet, oportetque considerare, id hoc pacto consideremus, vtrum videlicet apud inferos sint mortuorum animæ, necne. Vetus quidè hic extat sermo, cuius memores sumus, superesse animas quæ hinc illic abierunt, rursusq; huc reverti fieriq; ex mortuis. Atqui si hoc verù est, vt ex mortuis iterum viventes fiant, essent animæ illic aolstræ. Neque enim rursus fierent, si nò essent. Atq; hæc sufficiens coniectura est ita esse, si reuera cõstet haud aliunde viventes fieri quam ex mortuis. At verò nisi id sit, alia opus erit ratione. Omnino, inquit Cebes. Neq; verò id in hominibus solum, inquit, si planius intelligere vis, consideres, sed in animalibus omnibus, & plantis, atque vt summam dicam in omnibus quæ gignuntur, vtrum omnia sic fiant, neq; aliunde quam ex contrariis contraria, quibuscuque tale aliquid contingit: quemadmodum pulchrum turpi quodammodo contrarium est, & iustum iniusto, aliq; eiusmodi quamplurima videmus. Consideremus vtrum necessarium sit, cuiuscuque aliquid est contrarium, non aliunde id quam ex suo contrario fieri? Veluti quando quid maius efficitur, necesse est ex eo quod antè fuerat minus, postea maius evadere. Ita est. Nõnne & si minus aliquid fiat, ex eo quod antè maius erat, postea fiet minus? Sic omnino. Quinciam ex robustiori debilius, ex tardiori velocius? Profus. Quid verò? Si quid evadat deterius, nõne ex meliori? Et si iustus ex iniustior? Quidni?

*Omne quod habet contrarium, est sui contrarium.*

In omnibus igitur fatis id exploratum habemus, omnia ita fieri, contraria videlicet ex contrariis. Profus. Quid rursus? Estne etiam aliquid tale in ipsis, inter contraria duo? Dux videlicet inter illa generationes, siue progressiones ab altero quidem in alterum, atq; in altera vicissim ab altero? Etenim inter maius atq; minus, mediũ obtinent incrementum, & decementum: dicimusq; id quidem crescere, illud verò decrescere. Ita, inquit. Nõnne similiter discerni vicissim, atque confundi, frigidè & incalescere, omniaq; eodem pacto? Et si nomina nobis defunt alicubi, te tamen ipsa vbique ita necesse est fieri, videlicet omnia ex contrariis invicem, generationemque esse vtriusque vicissim in alterum? Omipino quidem, inquit. Quid verò? ei quod est vivere, estne aliquid contrarium, quemadmodum ei quod vigilare est, dormire contrarium? Sic est omnino, inquit. Quidnam? Mori, inquit. An non ex viciniam hæc sunt, siquidem contraria sunt. Cumq; duo sint, duz quoq; inter hæc generationes mutuz? Nihil prohibet. Alteram quidem coniugationem eorum, quæ modò dicebam, ego tibi dicam (inquit Socrates) tam ipsam, quam generationes eorũ. Tu verò mihi aperies alteram. Dico autè illud quidem dormire, illud autem evigilare, atque ex somno vigiliam fieri, & ex vigilia somnum: horumque generationes hanc quidem connuere, illam verò expergisci. Satisfecit tibi necne? Satisfecisti certè. Dic tu mihi quoque similiter de vita atque morte. An non contrarium vivere dicis esse atque mori? Equidem. Et ex se invicem fieri? Ita. Ergo ex vivente quidnam fit? Mortuum. Quid autem ex mortuo? Necesse est consistere vivens. Igitur ex mortuis, ò Cebes, vivencia fiunt atque viventes. Apparet. Sunt igitur apud inferos animæ nolstræ? Videtur. Nõne ergo & generationum quæ circa hæc sunt, altera quidem manifestella est? Mori enim manifestum est, nõne? Ita profus. Quidnam igitur faciemus? Non reddemus vicissim generationem huic contrariam, sed hæc in re duntaxat maneam dicemus naturam esse? An verò necesse est reddere ei quod mori est, contrariã quandam generationem? Omnino. Quam verò istam? Reviviscere. Nõne igitur si reviviscètia est, progressio quædam hæc est ex mortuis ad viventes? Est vtiq;e. Convenit ergo nobis hac insuper ratione, viventes ex mortuis fieri nihilominus quam mortuos ex viventibus. Quod cum ita sit, sufficienter coniecturam hinc haberi, animas mortuorum necessariò alicubi esse, vnde iterum revertantur. Videtur mihi, ò Socrates, hoc ex his, quæ cõcessa sunt, necessariò sequi. Animaduertere ergo, inquit, ò Cebes, haud abs re nos hæc, vt arbitror, cõcessisse. Nisi enim continuè altera vicissim alteris redderetur, quasi quodam circulo remeantia, sed directã quædam progressio foret duntaxat ex altero in eius oppositum, neque rursus reflexeretur in alterum, facerentque regressum, omnia tandem, mihi crede, eandem subirent figuram atque affectionem, fieriq; cessarent. Quõnam id pacto dicis, inquit? Haudquaquam intellectu difficile est, inquit, quod loquor. Proinde enim ac si in somnum caderetne quidem, ab eo verò in vigiliam nunquam resurgeretur, minime lateat omnia tandem cõdeventura, vt Endymion ridicula quædam fabula videatur, neque appareat vsquam, cum cætera quoque vniuersa somno similiter opprimantur. Proinde si confunderentur quidem omnia, nunquam verò discerneret,ur, Ana-

*xagora*

*Sic ut illud aliud est quam remissio.*

xagora illud repente contingeret, vniuersa videlicet esse simul. Eadè ratione, ò amice Cebes, si quæcumque vitam accepissent, moriantur, mortua verò cum fuerint, mortua relinquantur, neq; iterũ reuiuiscant, non necessarium est omnino, cuncta demum interire, nihilq; viuere? Nam si ex aliis quidè vivencia fierent, postea vero perirent, quid oblatret quo minus in interitũ cuncta consumerentur? Nihil profus, ò Socrates, inquit Cebes, sed mihi omnino vera loqui videris. Est certè, ò Cebes, inquit, maxime omnium ita, vt mihi videtur: neq; nos hæc ipsa, quasi decepti confessi sumus, sed reuera reuiuiscètia est, atque ex mortuis viventes fiunt, mortuorumq; supersunt animæ. Atq; bonis quidè melius est, malis verò peius. Atqui id secundũ illud, ò Socrates, inquit Cebes, quod frequenter vsurpates soles, si modo vatum est, disciplina videlicet nostram nihil esse aliud quam reminiscèntiam: & secundum hoc inquam, necesse est nos in superiori quodam tempore, ea quorum nunc reminiscimur, didicisse. Id verò fieri non posset, nisi prius anima nolstra fuisset alicubi quam in hac humanam speciem deveniret. Quamobrem & hac ratione immortale quiddam anima videtur esse. At quales huius rei demonstrationes, inquit Simmia, habes, ò Cebes? Reducito mihi in memoriam. Non enim fatis in presentia memini. Vna quidem ratio est pulcherrima, inquit Cebes, quod interrogati homines si quis eos rectè interroget, ipsi omnia quemadmodum vtrum, respondent. Atqui nunquam id facere possent, nisi in se ipsos scientia rectaq; ratio. Deinde si quis eos ad geometricas figuras descriptionesque, vel simile aliquid converterit, ibi manifestè compertit, ita id se habere. Si hæc, ò Simmia, ratio, inquit Socrates, tibi non satisfaciãt, attende, an sic tibi cõsideranti idem quod nobis videatur. Dissidis enim eã quam disciplinam vocant, reminiscèntiam esse posse. Haud equidem diffido, inquit Simmia. Veruntamen id expedit mihi dicere de quo sermo est, scilicet reminisci. Ac fermè ex his quæ Cebes cepit dicere, iam recordor, & credo. Nihilominus tamen, & te, qua ratione id modò probare ipse aggrediebaris, perlibenter audirem. Hæc equidem ratione, inquit Socrates, consistetur sane quodammodo, si quis alicuius reminiscatur, oportere ipsum prius aliquãdo id sciuisse. Profus, inquit. Nunquid ergo & hoc consistetur, inquit, quoniam scientia hoc modo prouenit, reminiscèntiã eam esse? Dico autem hoc pacto. Si quis aliud quiddam viderit, vel audierit, vel alio perceperit sensu, neq; solum id ipsum cognoscat, verum etiam agnoscat aliud quiddam, cuius non vna eademq; sed alia scientia sit, nõne merito dicemus hunc eius rei reminisci, in cuius perueniret notionem? Quõnam pacto id dicis, inquit Simmia? Hoc, inquit Socrates. Alia quodammodo hominis scientia est, alia lyra. Quidni, inquit Simmia? An ignoras hoc amantibus euenire, cum lyram, aut velle, aut quid aliud ex his aspiciant, quibus vti eorum pueri adamati consueverunt? Nam & agnoscunt lyram, & simul mente formam recollunt pueri cuius erat lyra. Hoc verò est reminisci. Cui sensus cum Simmiam viderit, sepe Cebetis recordetur, & cætera eiusdem generis infinita. Infinita per loquem, inquit Simmia. An nõ igitur, inquit, tale quiddam recordatio quædam est? Maxime verò, si id nobis in illis contingat rebus, quas longitudine temporis, & negligentia obliuioni iam tradiderimus? Ita certè, inquit Sim-

mas. Quid verò, inquit Socrates? Contingitne, vt qui equum pictum viderit, pictamq; lyram, reminiscatur hominis? Atque cum pictum aspexerit Simmiam, veniat illi in mentem, & Cebetis? Sic vtiq; inquit. Nõne euenit etiam, vt qui Simmiam in spece rie pictum, præsertim quoque Simmiam recordatur? Euenit certè. An nõ secundum hæc omnia contingit, tum à similibus, tum à dissimilibus reminiscèntiam prouenire? Contingit. Verũ quoniam ob similia quispam alicuius reminiscitur, an non necesse est id insuper intelligere, vtrum deficiat hoc secundum similitudinem, necne, ab illo cuius repetita memoria est? Necesse est. Attende sanè, nunquid hæc ita se habeant, dicimus aliquid esse æquale? Non dico signũ ligno, neque lapidẽ lapidi, neq; aliud eiusmodi quicquã, sed præter hæc omnia aliud quiddã æquale, ipsum dicimusne aliquid esse, an nihil? Dicimus per loquem, & quidem mirrè. An scimus & ipsum quod est æquale? Omnino quidem. Vndè nam scientiam eius accepimus? An non ex his quæ modò diximus, videlicet conspiciat villegna, vel faxa, vel alia quædam æqualia, ex his illud ex cogitamus, quod aliud est, quam hæc? An non aliud quiddã tibi videtur? Cõsidera verò & hoc pacto. Nõne faxa, vel ligna æqualia quædam eadem sunt, alias æqualia, alias inæqualia nobis apparent? Penitus. Quid autem ipsa æqualia? possunt inæqualia tibi videri? vel æqualitas, inæqualitas? Nunquã, ò Socrates. Quamobrem non idem sunt hæc æqualia, ipsũ æquale. Nullo modo idem mihi apparent, ò Socrates. Veruntamen ab his æqualibus quæ alia sunt quam ipsum illud æquale, ipsius simul ex cogitanti scientiam, atque percepisti. Verissima loqueris. An non siue simile ipsum sit, siue dissimile? Omnino. Nihil sanè refert, quatenus enim aliud conspiciatur, ex hac ipsa perspectione aliud intellexeris, siue simile, siue dissimile, necesse est hinc reminiscèntiam prouenire. Et maxime quidem. Quid verò id est? An sic nobis contingit circa ea quæ modò dicebamus, ligna, & alia? Videturne ita æqualia hæc esse, vt ipsum quod est æquale? An deesse potius aliquid quo minus talia sunt quale est æquale ipsum, an nihil? Permultum certè deest. Nõne consistetur, quidò quis aliquid intuens animaduerterat, appetere quiddè hoc quod in presentia videt, esse tale quale quiddã aliud ex his quæ sunt, verũ defecere, neq; posse tale esse æquale quale seculũ, sed deterius esse, necesse esse eum qui animaduerterit, antè cognouisse illud cui dicit hoc quodammodo simile fieri, sed ad plenam similitudinem nõ accedat? Necesse est. Quid ergo? talene aliquid cõtingit & nobis necne, circa æqualia ipsũ quæ æqualia? Quam plurimum. Necesse est ergo nos æqualis ipsius scientiam ante illud tempus habuisse, in quo primũ videntes æqualia, agnouimus appetere quidem hæc omnia talia euadere quale est ipsum, attamen à perfectione ipsius abesse. Ita est. Atqui & hoc consistetur, nos neq; aliunde id agnouisse, neq; agnoscere posse, quãtũ ex visu, vel tactu, vel alio quodam sensu, similiter enim de his omnibus iudico. Similiter, ò Socrates, ad id se habent de quo agitur, ostendendum. Atq; si sensibus quidem intellexisse oportet, omnia quæ subiecta sunt sensibus, illud quod est æquale appetere, quamuis ipsum non assequantur. an alter dicimus? Haud aliter. Antè enim quam inciperemus videre, aut audire, aliquid, vt sensibus, oportuit nos æqualis ipsius scientiam possedisse, videlicet quid ipsum sit, si modo

*F 3 æqualia*

æqualia hæc quæ sensibus subiacent, ad ipsam adeo relaturi sumus, ut iudicemus an tibi quidem hæc omnia talia, quale ipsum est euadere, verumtamē deteriora relinquere. Necessario, ex superioribus id, o Socrates, sequitur. An non statim, inquit, nati vidimus, & audimus, alioquin sensus exercuimus? Omnino. Oportuit autem, vt diximus, ante hæc ipsius æqualis scientiam habuisse. Oportuit. Quamobrem, vt videtur, necesse est antequam nasceremur, eam comprehendisse. Sic apparet. Nonne si eam fortitè ante natiuitatē ipsam iam habentes nati sumus, sciuiamus & ante ortū, atq; statim nati nō solum ipsum æquale maiusq; & minus, veretiam eiusdem generis omnia? Non enim de equali magis nūc nobis est sermo, quàm de ipso pulchro, de ipso bono, de ipso iusto atque sancto, & vt dico, de omnibus quibus propriè hoc ipsum quod est assignamus, & interrogantibus, interrogamus, & responsionibus respondentem, vt necessarium sit nos antequam nasceremur, horum omnium scientiam habuisse. Est ita. Ac si acceptis scientiis, nō semper obliuisceremur, oportere & cū ipsi nasci, semper etiam per omnē vitæ scire. Nam scire, id est acceptam alicuius rei scientiam retinere, nec amisisse. An non obliuiscere scientiæ iacturam esse dicimus? Ita prorsus, o Socrates. Sin autem acceptam ante ortum scientiā, dum nascimur amissimus: deinde verò vñ sensibus circa ipsas scientias, illas quas ante habueramus, recipimus: nonne id quod discesse appellamus, esset scientiam propriā recuperare, atq; id Reminisci nominantes, redē nominaremus? Redē. Fieri enim id posse apparuit. Videlicet, vt cū quis aliquid senserit, vel videndo, vel audiendo, vel aliter sentiendo, aliud quiddam ex hoc agnoscat cuius erat oblitus, cui quidē hoc quoddammodo propinquabat, siue simile id sit, siue dissimile. Ita quod iam pridem dico, ē duobus alterum: aut enim scientes nati sumus, sciuiusq; per omnē vitam omnes: aut quos deinde dicimus discere, dumtaxat reminiscuntur, atq; disciplina reminiscencia est. Sic omnino se res habet, o Socrates. Vtrū igitur eligis, o Simmia? vel cum scientia nos esse natos, vel reminisci postea quoniam prius sciuitiam accepimus? Ambigo vtrū in præsentia Socrates eligam. Quid verò? potēne eligere quid de hoc videatur tibi? Vt scies potēne eorū quæ scit reddere rationem, an contrā? Necesse est, o Socrates, posse. An verò tibi videntur omnes rationē de his quæ modo tractabamus, afferre posse? Optare equidem, inquit Simmia, sed multo magis vereor ne cras nullus hic homo sit, qui pro dignitate id sciat efficere. Non igitur o Simmia, putas omnes hoc intelligere? Nullo modo. Reminiscuntur ergo quæ aliquando didicerat. Necesse est. Quando verò acceperunt animæ nostræ scientiā? Non enim postquam homines nati sumus. Non certè. Ergo prius. Ita. Erant igitur, Simmia, animæ etiam prius quàm in humanā speciem deuenirent, etiam quæ a corpore, intelligentiā quæ habebant. Nisi fortè, o Socrates, dum nascimur, ipsas scientias accipimus. Nam id etiam tempus reliquum est. Esto sic, o amice. Sed quoniam alio tempore eas amittimus? Nō enim habentes iam eas nascimur, vt modo cōfitebamur. An in eodem perdimus, quo & accipimus? an aliud tēpus dicere potes? Nullo, o Socrates, modo, sed nihil se dicere minime aduertebam. An ergo sic nobis res habet, o Simmia? Si quidem sunt ea quæ quotidie prædicamus, pulchrum scilicet quiddam ad bonum, & omnis cuiusmodi essentia, ad quam omnia

Differre quid sit.

sensibus percepta referimus, quæ & prius erat nostra, & tanquam nostrā inuenimus, & hæc ad ipsius exemplar referimus, necesse est ita, vt & ipsa sunt, nostrā quoque animam prius etiam quàm nasceremur, extrinsece. At si hæc non sunt, frustra vtique ratio hæc tractata esset. An nō ita se habet, atque per necessitas est, & ipsa esse, & animas nostras antequam nasceremur, & nisi ipsa sunt, neq; hæc vtiq; sunt? Mirificè, o Socrates, inquit Simmia, eadem mihi videtur esse necessitas: atque pulcherrima hæc ratio nos perducit, vt similitè tam animā nostrā, quàm essentiam ipsam quàm modo dicebas, antè quàm nasceremur extitisse cōfiteamur. Nihil enim tam certum habeo, quàm esse eiusmodi omnia & quidem maximè scilicet pulchrū ipsum, & bonū, aliq; omnia quæ tu modo dicebas. Et quantum ad me attinet, satis est demonstratū. Quid verò videtur Cebe? inquit Socrates. Oportet enim illi quoq; persuadere. Satis & illi arbitror persuasum, inquit Simmia, quamuis omnium repugnantisillius sit, & ad credendū tardissimum. Opinor tamen sufficienter illi probatum, ante ortum nostrū animam extitisse. An verò post interitum nostrū etiam futura sit, nec mihi quidē ipsi, o Socrates, satis adhuc videtur ostēdū. Sed nūc etiā restat multorū dubitatio illa quàm in mediū Cebe adduxerat, ne videlicet homine morietē, simul animam dissipetur, atq; ita esse definit. Quod enim prohibet fieri quidem illam, & aliunde constitui, atq; esse prius etiā quàm in corpus hominis laberetur, postquam verò ab eo disscerit, tunc illā in superiorem interire? Redē loqueris Simmia, inquit Cebe. Videtur enim quasi dimidiū eius quod oportere probatum, ante videlicet quàm nasceremur, nostram animam extitisse oportere autem id quoque ostendere, postquam mortui fuerimus, non minus fore quàm esset antequam nasceremur, si modo finem suū demonstrationi sit habitura. Demonstratum quidem est, inquit Socrates, istud, o Simmia, & o Cebe, etiam nunc, si modo velitis, & id quod modo probatū est, & illud quod ante concesseramus, videlicet omne viuēs ex mortuo fieri, in vnum cōnectere. Si enim est anima prius, & quā in hanc venit vitā, sitq; homo, necesse est nō aliunde eam quàm ex mortuis proficisci: cur nō necessariū sit, vt etiā post mortem corporis maneat, quū oporteat ipsam ad hanc vitam reuerti? Demonstratum igitur & nunc est quod dicitur. Verum tamen videmini tu atq; Simmia cupere idē rursum diligētius pertractari: ac forsitan pueroꝝ more formidatis, ne reuera corpore egredietem ventus dissoluatur, atque dispergat, præsertim si quis non sereno celo, sed ventis vehemētius flantibus moriatur. Ad hæc Cebe subridens, tāquam nobis id formidantibus, inquit, o Socrates, cōtra persuadere conare: imò verò nō tanquā formidantibus nobis, sed fortalē est inter nos puer aliquis talia metuēs. huic ergo animamur persuadere, ne morte ce laruas pertimescat. Oportet certè, inquit Socrates, huic mederi carminibus quotidie, quoad sanus fuerit. Sed vbi nā, inquit Cebe, medicū eiusmodi nascimur, o Socrates, quādo tu nos deseris? Ampla est, inquit, o Cebe, Græcia, in qua sunt viri boni, quæ plurimæ sunt barbaræ nationes, per hos omnes, eiusmodi medicū debetis perquirere, neq; pecunias parcentes, neque laboribus. Nihil est enim pro quo commodius pecunias expēdatis. Perfructandū quoq; est: etiā inter vos ipsos, fortè enim noua faciat inuenietis, qui melius quàm vos id queat efficere. Fiet quidem, inquit Ce-

Composita est in composita que sit.

Anima autem una natura est.

Dixerunt istos, ut solusque unus sit spiritus, sed esse modo de se habent, & per eum per eum modo se habent.

bet, sed redeamus iam, si tibi placet, vnde digressus sumus. Mihi quidē placet, inquit. Quid enim prohibet? Redē respondes, inquit Cebe. An non tale aliquid, inquit, a nobis ipsi sciscitari debemus? Cōtinuē eneniat ea passio, per quam dissolui possit. Et cui sit metuedum, ne id patiatur. Et secundum quam eius partem: deinde considerare vtrum anima sit: demū ex his animæ nostræ gratia vel cōsidere, vel timere. Vera loqueris, inquit. Nonne igitur ei quod componitur, iamq; compositū est, natura id pari conuenit, vt quatenus est cōpositum, dissoluatur? Siquid verò non sit cōpositum, huic soli cōuenit, non eadem pati quæ alij capiunt. Mihi quidem sic apparet, inquit Cebe. An non quæ semper secundum eadem eodemq; modo se habent, inquit, hæc maximè esse cōuenit simplicia? Quæ verò alias aliter, nec vnquam secundum eadem hæc esse composita? Ita equidem opinor. Redeamus iam ad illa, ad quæ in superiori disputatione procellimus. Ipsa essentia cuius interrogando respondendūque definitionem hoc ipsum quod est assignauimus, vtrum eodē modo, & secundum eadem se semper habet? an aliā aliter? videlicet & ipsum æquale, ipsum pulchrum, ipsum vnumquodq; quod est ens, vtrum mutationem aliquādo aliquam ipsa recipiunt, an ipsorum vnumquodque semper id quod est vniforme existens ipsum per se ipsum, eodem modo, & secundum eadem se habet, neq; vnquam, neque vsquā, nec vilo pacto mutationem aliquam suscipit? Necesse est, o Socrates, hæc, inquit Cebe, eodem modo, & secundum eadem se semper habere. Quid autem dicemus de multis, inquit, quæ similitè pulchra dicuntur, scilicet hominibus, equis, vestibus, vel aliis quibuscunq; talibus, quæ vel pulchra dicuntur, vel æqualia, vel etiam de omnibus, quæ illis synonyma sunt? num hæc secundum eadem se semper habent? An potius omnino contrā quàm illa, videlicet neq; ipsa sibi met, neque inuicem vnquam, vt simpliciter loquar, vilo pacto secundū eadem eodemq; modo se habent? Hæc, o Socrates, inquit Cebe, nunquā eodem modo sunt. Et hæc quidem tangi, videri, aliisq; sensibus attingi possunt. Quæ verò semper secundū eadem permanēt non alio modo quàm sola intelligentiæ ratione percipiuntur, suntq; inuisibilia quæ talia sunt, neque ceruntur. Vera omnino loqueris, inquit. Vis ergo duas erū species ponamus, alterā visibilibus, inuisibilibus alteram? Ponamus, inquit. Et inuisibile quidem modo semper eodē esse, visibile verò nūquam eodem? Hoc quoque ponamus, inquit. Age iam aliudne in nobis est, quàm hoc quidem corpus, illud verò anima? Nihil aliud, inquit. Vtrinā speciei corpus esse similius cognatusque dicimus? Nemini dubium, inquit, quoniam visibili. Quid verò anima? Visibile aliquid est an contrā? Nō hominibus quidem, o Socrates, inquit. Atqui nos de his dixitaxat, quæ ab hominū natura videntur, vel non videri possunt, loquebamur. An deus quæ ad aliam naturā spectat, tractabamus? Deus duntaxat quæ ad humanam, inquit. Quid ergo de animā dicebamus? visibile esse an inuisibilem? Non visibilem: inuisibilem ergo? Ita. Anima igitur inuisibilis speciei similior est, quàm corpus. Corpus verò visibili. Necessarium id est omnino. An non & hoc euenire in superioribus dicebamus? Vt cum anima ad aliquid considerantur, socium sibi corpus assumit, vel per visum, vel per auditū, vel per alium sensum (hoc enim est per corpus considerare, quia per sensus id agitur) tunc

quidem a corpore trahatur ad ea quæ nūquam eodem modo sunt, atq; ipsa aberrer, perturbetur, & quasi ebria vacillet, vt pote quæ talia quædam attingerit. Prorsus. At vt quoties ipse animus per se ipsum excogitat, illic se confert ad purum, sempiternum, immortale, semper eodem modo se habēs & tāquam ipsius cognatus semper inhzret illi, quoties ipse redierit in seipsum, eique liceat, cessetq; ab errore: & circa illa semper secūdum eadem eodem modo se habet, vt pote qui talia iam attingerit. Atque hæc eius affectio prudentia nominatur. Præclare, inquit, ac verè omnino loqueris, o Socrates. Vtri igitur speciei rursus tibi videtur, ex his quæ & in superioribus & modo dicta sunt, anima esse similior atq; cognatio? Arbitror equidē, o Socrates, quemlibet, inquit, vel indoctilem prorsus, & pertinacē ex hac discussione concessurū, animā & per totū & per omnē, similitiorē esse ei quod semper eodē modo est, quàm opposito. Quid autem corpus? Alteri speciei, Cōsidera rursus hoc pacto. Quando in eodem vnum anima atque corpus, hoc quidē seruire atq; subesse natura iubet, hæc verò præ esse atque dominari. Secundum hæc rursus vtrum tibi videtur simile esse diuino, vtrū mortali? An nō putas diuinū quidem tale esse naturā, vt præsit & ducat? Mortale verò, vt subiiciatur ac feruiat? Puto equidem. Vtri igitur horum est anima similitior? Constat, o Socrates, animam quidem similem esse diuino, corpus verò mortali. Animaduerte iam, o Cebe, num hæc ex omnibus quæ a nobis dicta sunt, consequantur. Videlicet ipsi diuino, immortali, intelligibili, vniformi, indissolubili, semper eodem modo, & secundum eadem seipsum habenti, animā esse similitiorē humano verò, mortali, nec intelligibili, multoformi, dissolubili, nunquam eodem modo sibi met se habenti, similitiorē esse corpus. Possamūne, o amice Cebe, præter hæc aliud quicquam asserere, quod minus ita sit? Non possumus. Quid ergo? Cū hæc ita se habeant, nonne corpori conuenit vt breui soluat? Animæ verò, vt omnino indissolubilis sit, vel aliquid rei omnino indissolubili propinquum? Quidni? Cernis igitur postquam mortuus homo fuerit, quod in eo visibile est corpus, & in loco visibili positū, quod cadauer appellamus, cui conuenit, vt dissoluatur, concidat, dissoluatur, nihil horū subiecto parti, sed si quis corpore perbellē affecto decesserit, satis multo tempore, idq; etiam in ea ipsa venustate permanere. Corpus enim excarsitatum & cōditum quemadmodum in Ægypto faciūt, incredibile quoddam tempus feruē integrum manet. Quin etiam si putrescat, tamē nonnullæ corporis partes, ossa videlicet, neruūq; atque similia, vt ista dicis, immortalia permanent. An non? Ita. Anima verò quæ inuisibile quidā est, in similem quendam alijusq; locum migrans, excellentem purū, inuisibilem, nobis occultum, reuera ad bonū sapientemq; Deum, quo si Deus vobiscum, paulo post meo quoq; animo est migrādum: anima inquit talis, talique natura prædita, nonne cū primū a corpore liberata fuerit, dissipabitur atque interibit, vt multi putant? Permutatis abest, o dilecte Cebe atq; Simmia: imò multo magis ita se res habet, si quidē pura discesserit corpore nō secū habens, vt pote quæ nihil cum illo in vita libens communicauerit, sed fugiet illud, & in se collegent, tanquam semper id medicatæ quod quidem nihil est aliud quàm redē philosophari, mortuūque reuera facile meditari: an non hæc est meditatio mortis? Est omnino. Anima igitur, sic

Anima inuisibile quidem est, & per totū & per omnē, similitiorē esse ei quod semper eodē modo est, quàm opposito.

sic affecta nonne ad sibi simile diuinum abit, diuinum & immortale, & sapiens? quod cum peruenierit, eundem felix, ab errore, ignorantia, timoribus, ferisq; amoribus, ceterisq; humanis liberata malis: & quemadmodum de initiatis dici solet, reuera reliquum tempus vitam cum diis agit: Itane dicendum est, o Cebe, an alter? Ita per Ioue, inquit Cebe. Sin autem polluta impuraq; a corpore decedat, utpote quae corpus semper complexa ipsum duntaxat coluerit, & amauerit, eiusq; voluptatibus & cupiditatibus quasi veneficiis quibusdam delimita fuerit, & vsque adeo capta, ut nihil aliud putet esse verum, nisi quod corporeum sit, quod tangi, quod videri possit, quod ve habeat, & quod edat, & quo in veneris utatur: quod vero oculis quidem obsecrum & inuisibile sit, veruntamen intelligibile, & philosophia comprehendendum, habere odio coluerit, formidareq; & fugerit, inquit, inlicitam animam putatne ipsam per se synceram euadere? Nullo modo, inquit. Sed infectam inuoluntamq; ut arbitror, contagione corporis, quam consuetudo congressusque cum corpore propter continuam familiaritatem, plurimumq; eius cultum efficit quasi congenitam: Ita putamus. Ponderosum vero, o amice, id putandum est, & graue terrenumque, & visibile, quod anima eiusmodi secum trahit: ideoq; ab eo grauiatur, & rursus ad visibilem trahitur locum metu inuisibilis, atque occultis: & quemadmodum fertur, circa monumeta sepulchraq; versatur, circa quae iam nonnulla apparuerunt animarum vmbrosa phantasmata, qualia praefertunt simulachra tales animae, quae videlicet non pure decesserunt a corpore, sed visibile aliquid trahentes, quod fit ut videri possint. Consentaneum est o Socrates. Consentaneum tamen o Cebe, non esse has bonorum animas, sed malorum, quae circa haec oberrare coguntur, pomas dantes vitae improbae actae. Itaque tam diu circumuagantur, quoad cupiditate naturae corporeae comitate, rursus induant corpus. Induit autem, ut decens est, eiusmodi mores quales in vita exercuerunt. Quales dicis mores, o Socrates? Eiusmodi eos quidem qui ventri petulantiae, gulae dediti vitam egerunt, neque quicquam pensi pudorisque habuerunt, decens est aliorum formas & eiusmodi brutorum subire. An non putas? Consentanea loqueris. Qui vero iniurias, tyrannides, rapinas praeter ceteris sequuti sunt, in luporum, accipitrum, miluorum genera per se pertransire. num alio has migrare dicendum est? Ita potissimum, inquit Cebe. Similiter inquit ille, & in ceteris, abeunt enim in genera quaelibet, quibus in vita mores similes costraxerunt. Manifestum inquit, quidnam? Nonne horum felicissimi sunt, & in optimo proficiuntur locum, quicunque popularem ciuilemque virtutem, quam temperantiam & iustitiam nominat, exercere abspici philosophia quidem atq; metes, sed ex consuetudine exercitationeq; acquisitam? Quoniam pacto hi felicissimi sunt? Quoniam decens est hos in tale quoddam genere vitam ciuilem mitere que demigrare aut apum, aut vesparum, vel formicarum, aut etiam in idem rursus genus humanum, modo desposq; ex illis homines fieri. Ita decet. In deorum vero genus nulli fas est peruenire, praeterquam iis, qui discendi cupiditate flagrant, & philosophantur, & puri penitus decesserunt. Horum quidem gratia, o amice Simmia atq; Cebe, qui recte philosophantur, ab omnibus corporis cupiditatibus abstinent, atq; ita perfecti sunt, nec se illis inquam tradunt, neque familiaritatem laetura paupertateq; formidant,

Anima  
impura  
aera se  
pulchra  
uoluptatis  
videtur

quemadmodum multi pecuniarum cupidi, neque rursus contemptum atque ignominiam, quemadmodum qui magistratus ambiunt & honores: deinde ab his abstinent. Neque enim deceret, o Socrates, inquit Cebe. Non per Ioue. Quamobrem hi qui animam suam curant, neque corpori colendo seruiunt, spretis omnibus, haud quaquam ea graduntur via, qua superiores illi quos narrauimus, qui videlicet quae proficiuntur ignorat. Ipsi vero existimantes philosophia eiusque solutioni & purgationi repugnandum non esse, hanc ea sequuntur via qua eos ipsa ducit. Quoniam pacto o Socrates? Dicam equidem, inquit. Cognosecunt profecto viri discendi cupidi quod philosophia eorum animam suscipit reuera ligata in corpore, atq; implicitam, ac per ipsum quasi per carcerem quandam res considerare coacti: cumque per se ipsam id non faciat, omni profusis inlicita inuoluntam: cognosecunt praeterea, quemadmodum philosophia perspicuum quam grauiatur corporeum vinculum alstringat animam: quippe cum per ipsam fiat eorum conscientia, per quam deum eius animas adiutor sit ad se ipsum deueniendum: cognosecunt inquam, viri scilicet cupidi quod philosophia eorum animam ita constituta suscipit, paulatim instruit, solueretque aggreditur, ostendens quam fallax oculorum quam fallax aurium, ceterorumque, sensuum sit iudicium, suades ab his discedere, quatenus herere illis summa non cogat necessitas, sed, in se ipsam reuocare atq; colligere, nec vlli credere praeterquam sibi, quatenus videlicet ipsa per se ipsam intelligat quodlibet eorum quae sunt, per se ipsum. Quod vero ipsa per alia considerat delectatur, in aliis aliud, nihil existimare verum: esse vero eiusmodi quidem sensibile atq; visibile: quod aut ipsa per se considerat, intelligibile atque inuisibile. Hinc ergo solutioni veri philosophi animus repugnandum non esse iudicans, sic a voluptatibus, cupiditatibus, doloribus, timoribus, pro viribus abstinet: iudicans quando quis vehementer delectetur, vel metatur, vel doleat, aut cupiat, haud tantum ab his pari malum, quantum quis forsitan existimat, videlicet propter concupiscentias vel agrotet quisquam, vel pecunias consumpserit: sed quod malorum omnium maximum, & extremum est, perpeti, neque tamen illud animam duertere. Quis dicit, o Socrates, est? inquit Cebe. Quod videlicet cuiuslibet hominis anima cogitur delectari simul vel dolere circa aliquid vehementer, & putare illud circa quod hoc maxime patitur, manifestissimum esse atq; verissimum, cum longesit fecus. Haec autem maxime sunt quae visibilia sunt. nonne? Omnino. An non in hac passione anima quam maxime ligatur a corpore? Quoniam pacto? Quonia omnis voluptas atque dolor quasi clauum tenens animam a corpori affigit, atque connectit, estque eiusque corpoream addo, ut iam opinetur ea esse verum quae suadeat corpus. nempe ex eo quod eadem opinetur cum corpore, eisdemque oblectetur, cogitur, ut puro, eiusdem moris, eiusdemque alimoniae fieri: ut nunquam possit pura in vitam alteram proficisci, sed semper plena corporis laeae egrediat, ideoque cito cadat rursus in aliud corpus, & quasi sata tertia innascatur, atque propterea ad commercium diuinae purae, vniuersis essentia aliena profusio cadat. Verissima, inquit Cebe, narra, o Socrates. Horum igitur gratia, o Cebe, qui iuste sunt discendi cupidi, temperantiam, fortitudinemque sequuntur, non autem illorum, quorum gratia censet vulgus. An tu putas? Minimè quidem. Non certe. Sed

ita

ita veri philosophi animus cogitaret, necullo modo arbitretur, cum ipsum philosophia soluisset, oportere ita voluptatibus doloribusque se dedere, iterumque vinciri, atque irriti opus acere, quasi telam Penelopea retexeret. Imò vero horum tranquillitatis studens sequensque ratione ac semper in ea permanens, verum, & diuinum, opinionemque supereminens contempera, quod nutritus ita videndum censet quod diu viuat, atq; sperat se ubi decesserit in cognatum atq; tale migrantem ab humanis eximi malis. Ex huiusmodi quidem educatione & exercitatione non est cur metatur, o Simmia, & Cebe, ne cum recedat a corpore, distrahatur, & dissipetur, omnisque in ventos vita recedat, & super sit nihil quicquam. **C**VM haec Socrates dixisset, longum factum est silentium: & ipse quidem Socrates, quae dicta fuerant fecit, ut videbatur, repetebat, idemque plerique nostrum faciebant. Cebe autem & Simmias parumper insuper inter se locuti sunt. Hos ergo intuitus Socrates. Quidnam vobis, inquit, de his quae dicta sunt, videtur? An forte aliquid insuper in his desideratis? Multe enim adhuc dubitationes obiectionesque super sunt, siquis sufficienter ea sit tracturus. Si igitur aliud quiddam intervus ageratis, nihil dico. Sin autem in his quae dicta sunt haesitatis, ne vereamini loqui atque percurrere, siqua in parte putatis melius dici posse. Quinetiam locum me assumite, si mecum id commodius fieri posse existimatis. Verum equidem, inquit Simmia, tibi o Socrates, fatebor. lam dudum ambigens uterque nostrum impellit alterum iubetque, interrogare propter audiendi cupiditatem. Existimamus autem, ne id tibi ob presentem calamitatem sit ingratum. Haec Socrates audiens, leniter arrisit, dicens, Pater, o Simmia, quam difficile aliis persuadere hanc me fortunam haud quaquam aduersam existimare, quando ne vobis quidem id persuadere possum. Quippe cum metutatis ne difficilius moribundis que sim in praesentia, quam in superiori fuerim vita. Atque, ut apparet, inferior cygnis ad diuinandum vobis esse video. Illi quidem quando se breui praesentium morituros, tunc magis admodum dulciterque canunt, quam antea consueuerint leti quod ad Deum sint qui seruiunt, iam migraturi. Homines vero cum ipsi mortem expauescant, cygnos quoque fald criminantur, quod lugentes mortem ob dolorem cantum emittant. Neque animaduertunt nullam esse aem que cantet, quando esuriat, aut rigeat, aut quouis alio dolore afficiatur. Non ipsa philomela, nec hirundo, nec vepupa, quam seruat praeter more cantare lugentem. At mihi, neque haec aues praeter dolorem videntur canere, neque cygni. Sed quia Phaedo sacri sunt, ut arbitror, diuinatione praediti praesagionem alterius vite bonae ideoque cantant alacris gestulantque ea die, qua in superiori tempore. Equidem & ego arbitror me cygnorum esse conferuum, eisdemque Deo sacrum, neque deterius vaticinium ab eodem domino habere, quam illos, neque remissiore animo a die decedere. Quapropter licet vobis dicere, & interrogare quicquid libet, quando Athenienium vndecimiri sinunt. Praeclare loqueris, inquit Simmias. Itaq; & ego tibi aperiam qua in re dubitem & rursus hic Cebe quidnam ex superiori disputatione minus admittat. Mihi enim videtur, o Socrates quemadmodum tibi quoque fortasse, de his quidem rebus manifesta veritas in vita praesentis, aut nullo modo, aut summa cum difficultate intelligi posse. Quae potest de

his dicuntur, ea non omni modo explorare, & non prius desistere, quam examinando omnia defatigata, mollis nimium iudicio esse viri, oportet enim circa haec alterutram efficere aut discere, inuenireque quemadmodum se habeant: aut si haec fieri nequeant, optinam atque tutissimum humanarum rationum eligere, qua quis tanquam rate vehatur, atque ita procellas huius vitae pertranseat, si nequeat firmiori quodam vehiculo, vel diuino aliquo verbocutius ac minori cum periculo tranare. Atque ego nunc non verebor interrogare, praesertim cum ad hoc ipse nos adhorteris, ne forte me ipsum posthaec sim culpaturus, quod nunc quae mihi videantur minime dixerim. Profecto mihi, o Socrates, vna cum hoc Cebe tua dicta reputari haud satis confirmata videntur. Forsitan, inquit Socrates, verè, o amice, opinaris. Sed dic qua in parte minus sufficienter dicta fuisse censetas. In hac vitae, inquit Simmias. Nempe de harmonia, & lyra, & chordis idem posset quispiam dicere, harmoniam videlicet esse diuisibilem quiddam, & incorporum, & perpulchrum atque diuinum in lyra rite temperata ipsam vero lyram chordasque corpora esse, atque corporea, & composita terrestriaque, & mortali cognata. Cum igitur aliquis vel lyra fregerit, vel choras incidere, siue disrupit, poterit quis eade qua tu ratione affirmare, necessarium esse illam superesse harmoniam, neque disperdi. Neque enim vilo modo fieri posset, lyra quidem esse adhuc chordis iam disruptis, atque ipsas choras mortalis generis: harmoniam vero, quae diuini & immortalis cognata erat, prius quam mortali interire. Ille vero diceret adhuc esse alicubi harmoniam, atque prius ligna & choras putrefacturi, quam illa aliquid patiatur. Arbitror equidem, o Socrates, se hoc animaduertisse, non tale aliquid potissimum esse animam arbitrar. Esse videlicet in corpore nostro intentionem, & complexionem, quondam ex calido, frigido, sicco, humido, ceterisque talibus, quodae temperantiam consonantiamque nostram animam esse, relucantem videlicet in corpore nostro postquam haec ipsa bene moderatae: inter se temperata fuerint. Si ergo anima harmonia quaedam est, quoties nostrum corpus propter morbos aliaque mala immoderate vel remittitur, vel interditur, necesse est animam quidem, quamuis diuinissimam subito interire, sicut solent caeterae consonantiae, siue quae in vocibus, siue quae in aliis artificum operibus fiunt, reliquias autem corporis cuiusque diutius permanere, quousque vel ardeant, vel putrescant. Considera igitur quid huic rationi sit respondendum, si quis ceterae animam temperantem quoddam esse eorum quae sunt in corpore, priorumque in morte perire. Tunc Socrates quemadmodum saepe solebat, intuens acris atque ridens, lultè, inquit, tu quidem loqueris Simmia. Si cui ego vestrum vberent ad respondendum facultas est quam mihi, cur his non respondeat? Non enim male ratione attigisse videtur. Iudico tamè atque respondeatur, quid Cebe quoque damnet esse audiendum, ut tempore interiecto deliberandi habeamus facultatem. Deinde his auditis, vel his concedendum, si consentanea vero videantur afferre: sin vero minus, ratione superioris defendendam esse atque retinendam. Quamobrem die age, o Cebe, quidnam potissimum te turbet, quod minus assentiaris. Dicat, inquit Cebe. Mihi quidem videtur eisdem reuolui, eisdemque quod in superioribus diximus, criminis obnoxia esse. Quod enim fuerit anima nostra prius quam in humana descenderet specie,

F + haud

huid equidem retracto, quin bellissimè dictum fuerat: ac nisi dictu esset graue sufficienter demonstratum asseuerarem. Attamen nobis mortuus superesse, non eo modo probatum videtur. Neque tamen Simmiam concedo obiciendi non esse animam validiorem corpore atque diuturniore. Videtur enim mihi his omnibus anima prestare quam plurimum. Hic ergo ratio superior (ad me cōuersa) sic inquit. Quid adhuc ambigis? Cum videas hominem defuncto, quod in eo imbecillius fuerat superesse nonne tibi videtur, quod diuturnius est, hoc ipso in tempore etiam seruari? Aduerte igitur, quid ad id respondeam. Similitudine mihi quoque opus est, quemadmodum Simmiam. Profecto mihi perinde hæc dici videntur, ac si quis de homine textore sene defuncto diceret, nondum interitus illum, sed forte alicubi superesse: coniecturamque afferret vestem, qua ipse, cum texeret, induebatur, affereretque eum adhuc esse in columen, neque interitusse: ac si quis id non credat, interrogaret vtrum diuturnius sit hominis genus, an vestis qua quotidie quis vtritur, quod si respondeat genus humanum diuturnius esse, tunc demonstratum id esse putaret, videlicet multo propterea magis sospitem esse hominem, quādoquidem quod in eo erat fragilis, nondum perierit. Hoc autē o Simmia, ita se habere non arbitror. Sed cōsidera tu quoque quid dicam. Etenim quibus intelligeret inepte illud adduci. Nam hic textor qui multas contriuerit vestes multaque texerit multos quidem posterior obit cum multæ essent, vltima verò prior: neque propterea magis sequitur hominem esse vestem viliores atque debiliorem. Eandem fieri similitudinem animæ ad corpus posse arbitror: ac si quis de his eadē illa adducat, congruè dicere videretur: videlicet animam quidem esse diuturniorem, corpus verò debilius, minusque diuturnum: verum diceret quemlibet animalium plura consumere corpora, præsertim si multos viuante annos. Si enim huic corpus, hominesque etiam viuente dissoluatur, anima verò quod consumitur, tetaxat continuè, necessarii tamē erit quādo perierit anima tūc vltimam habere vestem, eaque sola priore perire. Cum verò perierit anima, tūc demum imbecillitate nature sue corpus ostendere citò putrescens atque euanescentes: ut hac ratione nondum confidere valeamus tunc etiā cum decesserimus animam nostram superesse. Nam si quis dicenti etiam plura quæ tu dicis, concesserit, nec solum ante ortum nostrum animam extitisse, verum etiam nihil prohibere etiam post obitum quorundam remanere, sepiusque accedere ac decedere fateatur: aded enim naturam animæ validam esse, ut sepius corpori indita se corpūque seruet: his tamen concessis, nondum illud tibi daret, non defatigari in multis generationibus animam, sed tandem aliqua ex pluribus morte diceret omnino deleri. Quinetiā adderet neminem mortem illam dissolutionemque; corporis que anime quoque interitum inferre, posse scire: esse enim impossibile ut quisquam nostrum id sentiat. Quod quidē si ita se habeat nemo non stultitiam morte confidit, nisi demonstrare possit animam omnino immortalem atque indissolubilem esse. Alioquin cōsentaneum est necessarium esse, ut qui mortiturus est, anime metuat luxem, semperque sit sollicitus ne in ea que proxime imminet, corporis dissolutione prorsus intereat. Omnes igitur cum hæc dicentes audimus, conturbati sumus, ut postea inter nos aperimus, quod cum superiori disputatione

ne nobis fuisset magnopere persuasum, rursus videntur nos perturbasse, atque eō iam deiicisse ut eodem rationibus iam adductis, sed & dicendis insuper fidem vllam adhiberemus, verentes ne vel nos nequaquam boni essemus iudices, vel res ipsæ fide essent indignæ. *ΕΧΗΕΓ.* Veniam equidem per Deos do vobis, o Phædo. Nam mihi quidem modō te audienti, tale quiddam veniebat in mentem. Cuiam tandem rationi credam? quippe cum ratio illa Socratis vsque adeo paulo antè probabilis, iam fidem amisisset. Mirum est enim quantum apud me contra possit ratio illa, semperque potuerit, quæ animam nostram harmoniam quandam esse probat. & nunc quidem audita mihi subito in memoriam reuocauit, quod idem mihi quoque antea visum esset. Quo efficitur ut alia quadam ratione iterum rationem ab initio prorsus indigem, quæ mihi persuadeat animam cum corpore non interire. Dic ergo per Iouem precor, quo pacto disputationem peregerit Socrates, & vtrum ipse quoque, quemadmodum de vobis ipse faceret, grauiet id ferre visus fuerit, an contra benignè suam defendente rationem: præterea vtrum satis necne eam tutatus fuerit: hæc nobis quæ potes diligentissimè refer omnia. *Ρ.Ι.* Equidem, o Echeatras, sepe admiratus Socratem, nunquam maiori cum voluptate, quam tunc præsentem, sum admiratus. Habuisse quidem illum quod obiectioibus responderet, forte non est mirandum sed hæc in eo potissimum sum admiratus, primò quidē, quā iucundē, benignē, amicē, adolescentium verba recepit: deinde quā sagaciter sentiebat nos illorum rationibus fuisse commotos: demum quā opportunè nobis adhibuit medicinam, & quasi fugientes atque victos reuocauit nos, conuertitque ad profectum vnum, atque vnam sermonem considerandum. *ΕΧΗΕΓ.* Quoniam pacto? *Ρ.Ι.* Dicam equidem. Sedebam fortè ad dexteram eius in subsellio quodam humili, iuxta lectulum. Ipse verò sedebat longè superior: attractans igitur caput meum, comprimētiq; crines super ceruicem (conspueerat enim nonnunquam, vbi ita res ferebat, in meos crines ludere) eras forsitan, inquit, o Phædo, istas pulchras incedes comas, Sic arbitror, inquam, o Socrates. Nō certè, si me audies, inquit. Quid hoc, inquam ego? Imò hodie & ego meas, & tu tuas, si nobis ratio intereat, neque eam ipsi suscitare possimus. Atqui si ego tu essem, ac me fugeret ratio, morte Argiuorum iurarem non prius comam nutrurum, quā vicissem Simmiam, Cebetemque expugnauissem. At verò inquam ego, contra duos ne Hercules quidem dicitur sufficisse. At tu me Iolaum, dum lux est aduocauit, inquit. Aduoco equidem inquam, sed non tanquam Hercules Iolaum, quō tanquam Iolaus Herculem. Nihil refert, inquit. In primis verò cauedum ne quid nobis accidat. Quidnam, inquam? Ne rationum, inquit, ofores euadimus quemadmodum nonnulli hominum ofores fiunt. Nullum enim maius quā hoc malum nobis possit accidere, videlicet si rationes odio habuerimus. Fit autē eodem pacto odium & aduersus rationes, & aduersus homines. Odium quidem contra homines tunc maximè subit, quando alicui animū credimus absque arte putamūque ipsum omnino verum, & sincerū fideiūque vni esse, deinde verò mox præuū infidūque: deprehendimus, rursusque aliū eodem pacto: itaque quando alicui sepe id acciderit, præsertim ab is quos præcipuè familiarissimos amicissimōsq; exili-

Seruo  
et  
alij  
pote  
man

existimabat, tandē sepe offensus odit vniuersos, putatque nihil omnino apud quemquā esse sincerū. Antelatuit id ita accidere conuicisse: Animaduerti equidē, inquam. An non tuipter, inquit, & absque humanarū rerum arte hic aggredietur hominibus vti se enim ex arte vti fuderet, cogitaret vtiq; rē ipsam ita se, ut haberet, habere, videlicet homines vehementer bonos, aut malos perpaucos esse, medios verò plurimos. Quo id pacto, inquit, dicitis? Quæmodū videlicet in rebus cōtingit valde aut paruis, aut magnis, inquit. An tu arbitraris quequam esse rariis, quā valde magnā, aut valde parū reperire hominē vel canē vel quoduis aliud? Atque rursus celeritū, & tardissimū, pulcherrimū, turpissimū, albilissimū, nigerrimū? An ignoras in his omnibus extremorū summa rara quidē & pauca esse, media verò frequentia atque multa? Sic arbitror, inquit. Nonne igitur arbitraris, inquit, si improbitatis proponeretur certamen, admodū paucos in hoc genere summos inueniri? Consentaneū est inquam Consentaneū quidē, inquit: verum non hoc pacto similes rationes sunt atque homines, sed ne tunc quædam profectus: imò vero in hoc similitudo cōsistit, quādo videlicet quis absq; rationū arte, credente rationē aliquā esse veram, sed paulo post apparet falsā, quæ quidem aliquando talis est, aliquando minime, & rursus altera similitudine atque. Præcipuè verò illis id euenit, qui plurimū rationes contradictorias agitant. hos enim fides putare tandem se sapientissimos euasisse, solūque animaduertisse, neque in rebus, neque in rationibus esse sanum aliquid aut firmū, sed omnia reuera tanquam in Euripo sursum deorsumq; iactari, nullūque tempus in aliquo permanere. Sanè quidem vera hæc dicitis, inquit. Nonne, inquit, ægritudo hæc Phædo miserabilis esset, si cum ratio aliqua vera fit, inquit, si, comprehenditque valeat, postea tamen auditis huiusmodi rationibus, quæ modō veræ modo falsæ videntur, aliquis, non seipsum, neque suam ipsius inertiam accuset, sed tandē præ dolore liberenter culpam omnem a seipso, in ipsas transferat rationes, & in reliqua vita eas odio habeat, atque vituperet, rē iā ipsarum veritate scientiæque priuatus. Per Iouē miserabilis, inquam, ægritudo. In primis igitur, inquit, diligētē id caueamus, ne peruadeamus nobis nihil in rationibus esse sanū, sed multo magis nondum esse nos sanos. Itaque totis viribus, ut sani efficiamur, est annitendum: tibi quidē & aliis totius reliquæ vite gratia, mihi verò mortis ipsius causa: qui in periculo sum, ne in hoc ipso tempore, non ut philosophum hac in re me gerā, sed ut contentiosum atque pertinacē, quod quidam homines a disciplina alienissimū facere solent. Illi enim vbi aliqua de re ambigitur, non ut res ipsa de qua agitur, se habeat, curant, sed ut que posuerunt ipsi, presentibus videantur vera obnixè contendunt. Atque ego mihi videor in hoc dixat in presentia ab illis differre, quod non ut presentibus probem ea que dico annitar, nisi quid præter tem fortè cōtingit, sed ut mihi ipsi vera quā maximè videatur. Sic enim cogito dulcis amice, & vide, quāto cum lucro sit ratio mea. Si fortè vera sunt que dico, operæpretium est ita credere: sin autem nihil superest post mortē, attamen hoc quod mihi vix superest, tempore deplorando, presentibus minus verò molestus. Hæc autem ignorantia, minime perferuerat me eum, malum id enim esset, sed paulo post delebitur. Sic equidem, o Simmia & Cebes, paratus reuertor ad dis-

putandum. Vos tamen, si me audistis, nulla Socratis habita ratione, sed potissimè veritate, si quidē verum vobis loqui videor, assentiamini: sin minus, omnino cōtradidite, diligenter cauentes ne ego primum studio, me ipsum simul vobis decipiam, & velut apes aculeo relicto, abeam. Sed iam accedendum est. Primum quidē redigite in memoriā mihi quæ dicebatis, si minus meminisse vobis videbor. Simmias quidem, ut arbitror, dissidit ac metuit, ne animam, quamuis diuini pulchriorisq; corpore, prius tamen, utpote quæ species sit harmoniæ, intereat. Cebes autem mihi visus est concedere diuturniorē esse animam corpore, sed scire posse neminē, an ne cū multa sepius cōsumpserit corpora, tandē quandoque postremū relinquere corpus, ipsa quoque pereat, atque mors eiusmodi tantum sit interitus animæ, quādoquidem corpus nunquam definit interire. An non hæc sunt, o Simmia & Cebes, quæ nos oportet considerare? Consistebantur ambo. Sed an omnia que dicta in superioribus fuerant, negatis? An quædam negatis, sed alia conceditis? Quædam inquit, quædam non. Quid igitur, inquit, de eo quod disciplinam diximus reminiscantia esse, atque, si ita res habeat, nec essandū cōsequi, alicubi fuisse animam prius quam corpore clauderetur? Mihi quidem, inquit, Cebes, istud dum diceret, mirifice placuit, atque tūc si qua inquam in alia, in hac maximè sententia permanco. Similiter ego quoque, inquit Simmias, affectus sum, vehementerque admirarer, si mihi vquam hac de re aliter videretur. At verò necesse est, inquit, hospes Thebane, aliter tibi videri, si in hac opinione permiseris, harmonia videlicet esse compositum quoddam: animam verò harmoniā quandam ex his, quæ per corpus intentā sunt, constitutam. Nunquam enim admittes consonantiam compositam prius esse, quā illa ex quibus componi consonantiam oportebat. An admittes? Nullo, inquit, o Socrates, modo. Animaduertis igitur, inquit, quod non eadem tibi dicere contingit, quando dicitis animam quidem esse prius quā in humanam speciem corpusque deueniret, eam autem ex his quæ nondum sunt, constitui. Neque enim talis tibi est harmonia, qualem est cui tu similem esse dicis. Imò verò prius est ipsa lyra, & chordæ, & soni nondum temperati: tandem verò componitur consonantia omnium postrema, primaque disperditur. Hic itaque sermo quoniam pacto tuo illi concinet? Nullo modo, inquit Simmias. At verò sicubi, inquit, verba concinnitate seruare debent, præcipuè decet esse concinia, vbi de contentu tractatur. Decet nimirum, inquit Simmias. Hic igitur sermo tibi consonat, inquit. Sed vide vtrum que dico, operæpretium est ita credere: sin autem nihil superest post mortē, attamen hoc quod mihi vix superest, tempore deplorando, presentibus minus verò molestus. Hæc autem ignorantia, minime perferuerat me eum, malum id enim esset, sed paulo post delebitur. Sic equidem, o Simmia & Cebes, paratus reuertor ad dis-

Democritus  
quæ  
sunt  
tam

affirma-

affirmante admittendū esse, animam harmoniā esse. Quid verō, inquit ille, ὁ Simmias? Videtur tibi, vel consonantiam, vel alteri cuiquam compositioni congruere, ut alter se habeat, quam illa ex quibus conatur? Nullo modo. Neque etiam, ut aliud quicquid, vel arbitror, patiat, aut agat, quam illa vel agant, vel patiantur. A sensus est. Non igitur conuenit, consonantiam ea præcedere, ex quibus composita est, sed sequi. Videtur. Quare permultum abest, ut harmonia in contrarium moueatur, aut sonet, aut quicquam aliud edat partibus suis aduersum. Permultum, inquit. Quid verō consonantiam omnino eatenus pronatura sua consonantia est, quatenus temperatur? Haud satis intelligo. Nōne si magis plusque temperetur, si modo id admittit, magis plusque consonantia est? Sin verō minus atque perpaucum, minus perpaucumque, similiter? Omnino. Nunquid de anima id dici potest? Ut vel in minima quadam re alia anima hoc ipsum quod est anima, vel magis, vel plus, aut contra sit quam alia? Minime. Dic age per Iouē, nūc animam dicimus aliam quidem habere mētem virtutē atque esse bonam, aliam verō, demētiam & prauitatem, malamque esse, hæc ne inquam, verē dicuntur: verē quidem. Eorū ergo qui animam esse afferunt harmoniam, quis quidnam dicet esse animabus? hæc scilicet, vitium & virtutem? an aliam quamdam consonantiam atque dissonantiam? & bonam quidem esse consonantem, & cum ipsa consonantia fieri, alteram in se consonantiam possidere? malam verō dissonantem & ipsam esse, nec aliam in se habere? Quid respōdeam, inquit Simmias, non habeo. Constat tamen eum, qui animam esse consonantiam posuisset, talia quædam responsurum. At verō iam concessum est nihil magis aut minus alia alia animam esse. Eiusmodi verō concessio est, neque magis neque plus, neque minus, neque sub paucioribus gradibus aliam aliam consonantiam esse. Nōne? Profectus. Eam verō quæ neque magis, neque minus consonantia est, nimirum neque magis neque minus esse temperatam. Est ita? Est. Quæ verō neque magis, neque minus temperata est, potest in pluribus paucioribusque gradibus particeps consonantiae esse? An potius æque? Aequè potius. Quapropter anima, si quidem neque magis, neque minus alia, quam alia secundum animæ naturam anima est consequenter neque magis, neque minus est temperata. Est ut dicis. Cum verō sic affecta sit, nihil magis consonantia est, vel dissonantiae particeps. Nihil magis. Præterea cum ita comparata sit, num plus aliquid prauitatis, vel virtutis alia, quam alia possidet? si quidem prauitas quidem dissonantia est, virtus verō consonantia. Certè plus nihil. Quinimò secundum rectam, Simmias rationem, nulla vltquam anima prauitate erit affecta, si fuerit consonantia. Quandoquidem consonantia vera, secundum id quod consonantia est nunquam sit dissonantiae particeps. Nunquam certè. Neque igitur anima, que omnino sit animam prauitate inficietur. Quo enim modo, per ea quæ dicta sunt, id fieri possit? Hac igitur ratione omnes animalium omnium animæ bonæ similiter erunt, si secundum animæ ipsius naturam similiter animæ sint. Mihi quidē Socrates ita videtur. Nōne rectè sic tibi dici videtur, atque hæc sequi, si vera esset illa positio, animam consonantiam esse? Nullo modo. Quid verō, ex omnibus, quæ in homine sunt, aliudne præter animam afferens dominari præcipue prouidentem? Nihil aliud. Vtrum corporis perturbatio-

nibus indulgentem, an potius repugnantem? Dico autē tale quiddam, vel uti si sub æliu sicis angat, interea tamē aduersatur animus, retrahitque in contrarium ne bibat: similiterque, si premat fames, ne edat in alioque, quam plurimum videmus corporis affectibus repugnantem. Nōne? Et quidem maximè. Nōonne in superioribus confessi sumus, animam si consonantia fuerit, nunquā dissonantia his quibus intenditur, vel remittitur, vel vibratur, vel quodcuque aliud patitur illa, ex quibus ipsa constatur: sed securā illa nunquā verō dūcturā? Confessi sumus: quidni? Quid verō nunc? nōne contra omnino videtur agere, quippe quæ ea ducit omnia, ex quibus dixerit aliquis ipsam constare? atque fermè omnibus per omnem vitam repugnat, omnibusque dominatur modis, interdum rigidius, & cum doloribus pueniens per gymnasticam, atque medicinam, interdum verō mitius caligans cōminando, aut monendo aduersus cupiditates, & iras, atque timores, tanquam altera quædam res cum altera disputans, quemadmodum Homērus tradidit in Odyssæa.

*Tunc pectus pulsans, cor sic affatur Vbisser.*  
*Hoc quoque, cor, perfer, panque & geniuaria tulisti.*  
An putas Homērum hæc dixisse tanquam harmonia quædam sit, ac talis ut corporis passionibus subiciatur nō autē duceat atque dominetur? an potius quasi quiddam longè diuinius quam harmonia sit animus? Per Iouem, ὁ Socrates non mihi videtur. Non ergo, vir optime, rectè harmoniam esse animam diceremus. Sic enim, ut apparet, neque Homero diuino poetæ, neque nobis ipsis confentiremus. Sic est. Age harmoniam Thebanam fatis, ut videtur, iam placuimus. Rationem verō Cadmeam, ὁ Cebes, quoniam pacto, & qua ratione placuimus? Tu mihi viam, inquit Cebes, inuenturus videris. Nempè rationem hæc aduersus harmoniam mirificè præter opinionem nostram ex cogitasti. Cum enim audirem Simmias dubitantē, valde admirabar si quis rationis eius commodè uti posset. Itaque sum me nihil fuit admirationi, ipsum nec primū quidem potuisse rationis tuæ impetum sustinere. Quapropter non admirarer, si Cadmeus quoque sermo idem pateret. Parcius illa bone vir, nequa inuidia nobis sequentia interrumpet. Sed hæc quidem Deo curæ erētus autē, ut ait Homerus quoniam congressi periculum faciamus an fortè quid dicas. Summa verō eorum quæ perquiris, est eiusmodi: demonstrandū esse iudicās animam nostram neque interitui obnoxia, neque mortalē esse, ne vir philosophus in morte securus, magnāque cum fiducia sperans in alia vita longè beatiore ob philosophiæ studiū se futurū, insipientis sit stulticæ, confidat. Ostendere autē validū quiddā esse animā, atque diuinis persimile, priusque etiā quam nos extitisse, nihil impedimento esse eis, quō minus hæc omnia non immortalitate quiddā significet, sed duntaxat animā corpore diuturniorē esse, multāque ante nos sæcula fuisse, nouissimæque esse permultam, nihil tamē magis ob hoc immortalē esse existimādam, quāsi morbum quendam interitus eius ingitū esse: ad eū & in hac vita sit misera, & tandē in corporis morte depereat. Nihil autē differre cōtes, si semel tantum, siue sapius laborat in corpus, ut quis nostrum pertimescat, Merito nāque timendū esse, nisi stultus sit, ei qui neque sciat, neque reddere queat immortalitatis animæ rationem. Talia quædam sunt quæ dicis, ὁ Cebes, egoque ea consulto te prius peto,

peto, ne quid nos fugiat, siue addere his quicquam velis, siue demere. Nihil equidē in præsentia habeo, inquit Cebes, quod aut minus aut adiungam: atque hæc sunt quæ dico. Tūc Socrates, cum diutius cōmoratus esset, & apud seipsum quid meditatus, Haud leue quiddā requiris, inquit, ὁ Cebes. Omnino enim oportet generationis corruptionisque causam pertractare. Ego igitur, si vis, ca tibi quæ mihi euenerit, enarrabo. Deinde si quid corū quæ dixerō adquisitionis tue veritate aperienda conducere putabis, uteris. Volo equidē, inquit. Audi igitur iam narrationem. Equidē, ὁ Cebes, cum essem iuuenis, mira quadam eius sapientiæ cupiditate flagrabam, quam naturæ vocat historiam. Præclarissimū enim esse censebam causam intelligere, per quas singula fiant atque intereant, & qua sint ratione seipsumque me sursum deorsumque, iam tunc talia quædam primò consideras, verūm postquam calidum & frigidum putrefactionem aliquam acceperunt, quemadmodū nonnulli dixerūt, tunc animalia coalescant. Præterea verūm sanguis sit quo sapiamus, an aer, an ignis: aut nihil horum sit sed cerebrum quod præbeat sensus audiendi, videndi, olfaciendi: ex his autem memoria & opinio fiat, ex memoria verō, & opinione quietem accipiant, per hæc conscientia onatur. Proinde horum corruptiones considerans, atque eas quæ circa cœlū terrarūque, passiones contingunt, tandem ad eū mihi ad hæc cōsideranda visus sum hebes, ut nihil magis. Coniecturam verō ad id afferam tibi sufficientem. Ego enim ob eiusmodi cōsiderationem vsque ad eōdem occæcatus, ut ea etiā quæ prius manifestè sciebam, ut mihi aliquid videbatur, dedissem, & alia videlicet multa, quæ antè me scire putabā, & qua ratione homo crearet. Id namque opinabam autē esse cuiuslibet manifestum, hominē videlicet per cibum potumque augeri. Quid enim per hæc carnes carnis, olfactusque ossibus adduntur, eodēque modo in aliis quādo sua cuique adhibentur, tunc sanè molem primò parum, deinde magnam euadere, atque ita paruum hominem effici magnam. Sic ego tunc opinabar, nōne satis bellè tibi video? Mihi quidē, inquit Cebes. Animaduerte hæc in super. Arbitrabar enim satis rectè mihi videri, quoties hominem, vel equum magnum paruo propinquum, alterum altero iudicarem capite ipso esse maiore. Atque multo etiam euidentius decem plura apparebant mihi quam octo, propterea quod denarius duo præter octonariū contineret. Præterea bicubitum cubitali maius, quoniam dimidio superaret. Nunc verō, inquit Cebes, de his quid iudicas: Procul equidē per Iouem ab esse mihi video, ut aliquid horū causam intelligere putem qui nondum mihi ipsi persuadere possum, ut quando quis vni addat, vni tūc vel illud vnum cui vnum adiungit, tum est, siat duo: an & adiudum & illud cui adiudum est, propter alterius ad alterum adiunctionem euadat duo? Admiror enim si cum vtrunque horū separatum erat, vtrunque vnum erat, neque erant tunc duo, postquam inuicem cohererūt, hæc ipsa causa fuerit, ut duo fierent, congressio videlicet per quam propius iam posita sunt. Neque etiam si quis vni diuidat, adhuc possum persuaderi hanc ipsam diuisionē causam esse, ut duo euadant. Contraria enim tunc atque superius causa fit, qua duo fiant. Tunc enim quia coniungebantur propius inter se, alterumque ad mouebatur alteri: nūc verō quoniam remouetur alterum ab altero, atque separatur. Neque propter quod vni fiat, adhuc scire me arbitror, ne-

que, si matrem dicam, & ad quicquam quare fiat, aut pereat, aut sit, per hæc ipsam viā me nosse profiteor: sed aliud quiddā ipse modè frustra misceō, hūc vero nullo modo admitto. Verū cum audissem aliquando ex libro, ut ille allebat, Anaxagoræ legētem quando hæc Anaxagoræ ipsius sententiā, videlicet mētem omnia exornare, omniumque quæ videlicet hoc vtiq; cause genere magnopere fuit delectatus, existimās quodammodo consentaneū mentem esse omnium causam: putabamque si id ita esset, ut mens omnia exornaret, singula per hanc ita esse disposita, ut optimè dispoſi poterant. Præterea si quis vellet causam inuenire, qua singula fiant, atque pereant, aut sint, hoc ipsum esse inueniendū, qua videlicet ratione optimū fit vnicuique, aut esse, aut quoduis aliud pati, vel agere. Atque hoc pacto nihil aliud considerandum homini, vel de seipso, vel de aliis, nisi quod potissimū fit & optimū. Necessè verō est eum, qui id norit illud quoque quod est detenus, cognouisse. Quippe cum eadē horum scientia sit. Hæc vtiq; mecum ipse reputans, quæ dēbā, inuenisse ratus Anaxagoræ magistru, qui me id quod cetero per cupiebā, causas rerum doceret, primū mihi diceret, vtrū plana sit terra, an rotunda. Et cum hæc dixisset, subiungeret mihi causam atque necessitatē, afferēs videlicet id ipsum quod melius est, meliūque fuisse ea esse factam. Proinde si terrā diceret in mundo mediam esse, mox exponeret melius extitisse, ut media esset. Quod si ille hæc ostēderet, ita me cōparabam, quasi nullam aliam causam speciem positurus. Præterea de Sole & Luna ceterisq; stellis, eorūque inter se velocitate cōuersionibusque, & aliis quæ solent illis accidere, me similiter quæsiturū audierim: quæ cōparauerā, quōd videlicet & qua ratione hæc melius sit singula vel facere, vel pati, quæ cuique agant, vel patiantur. Neque enim putabā, cum ab initio dixisset à mente illa exornari, ipsum aliā posse causam rebus assignaturū, præterquam quōd optimū fit eis ita se ut habeant, habere. Itaque arbitrabar eū in reddēdis singularum, tum cunctorū communiter causis, singulis quidem assignare quod vnicuique optimū, cūctis verō cōmune bonum. Neque verō spes ipse meas parafaciebam, sed summo quodam studio acceptos libros, quam velocissimè poterā lectitabam, ut ocyllimè quid optimum, quid videri melius esset, cognoscerē. Hac igitur mirabili spe ductus cum legere pergo, video hominē mētem quidem nullo modo vterem, nec causam vllam ad ipsum rerū ornatū referentem, sed æcæ naturas, & ætheras aqueasque & talia multa incredibilia pro rerū causis assignantem. Quæ quidem in re ille mihi perinde visus est agere, ac si quis diceret, Socrates quæcunq; facit, mente facere deinde volēs singulorum quæ facio causas explicare, dicat primū quidē nunc me hic propterea sedere, quoniam corpus meum ex ossibus neruisque cōponitur, & ossa quidē solida sunt, & iuncturarum interualla inter se habet: nerui autē sunt huiusmodi ut intendi remittique valeat, & cōplectatur ossa cum carnis atque cute, quæ illa cōtinet. Eleuatis igitur ossibus in suis coniunctionibus, nerui qui & intendunt & remittunt commodè, faciunt ut nec dēdi cuiusque membri habeat facultatem, atque hanc ob causam hic in flexus sedeam. E rursum dispositionis meæ, alias quædam eiusmodi causas assignaret, voces & aerem, & auditum aliaque generis eiusdem quam plurima, causas verissimas negligens: videlicet quoniam Atheniensibus melius

melius visum fuerit me condemnare, id eoque mihi etiam melius sit visum hic sedere, iustitiam iudicari expectantem dare penas quas illi iubeant. Si quidem per canem iam dicitur, et arbitror, hi nervi, atque hæc ossa apud Megaenles, aut Bætorios essent ipsius, quod optimus est opinione, delata, nisi iustus honestusque, centussem penas civitati pendere qualicumque à me exigat, quam subterfugere, atque exulè vivere. Verùm talia quedam causas appellare, à ratione est remotissimè. Si quis autem dixerit absque ossibus & nervis atque similibus non posse me, que mihi faciendæ videantur implere, verè utique dicit. Attamen asserere propter hæc me facere quæcumque facio, dum ipsa mente ago, non autem eius quod optimum sit optione, multa magnaque sermone inertiæ esset. Nā qui sic est affectus, nequit discernere alia quid esse veram rei altius causam, aliud verò illud sine quo ipsa causa esse non potest causa. Quod quidem multi mihi videntur, quasi in tenebris atrectantes alieno appellare nomine, dum causam nesciunt. Quapropter nonnulli vertiginem circumponentes terræ, sub cælo eam stabilem faciunt. Alij verò tanquam lato vase in quo panis pascitur aere velut base suffulcitur. Potentiam verò ipsam, qua nunc ita disposita sit ut optime disponi poterat, neque perquirunt, neque diviniam quandam habere vim putant: sed Atlantem queandam robustiorem & immortaliorem, magisque omnia continentem invenisse se opinantur. Ipsam autem bonum atque decens connectere atque continere reuera nihil existimant. Ego igitur libentissimè causis esse discipulus, aut quemadmodum se habeat hæc ipsa causa discere. Postquam verò hæc prius sum, neque ipse invenire, neque ab alio discere potui, secundam navigationem ad causam investigandam molitus sum. Visne, o Cebes, hæc tibi à me demonstrari? Mirifice cupio, inquit Cebes. Censui tandem cum in rebus considerandis iam defessus essem, cavendum esse, ne mihi idem accideret, quod acciderit illis solet, qui in solem deficientem figunt intuitum, orbantur enim nonnunquam visu, nisi in aqua, vel in eiusmodi aliquo imaginem eius aspiciant. Tale quiddam ego reputavi, timisque non animus mihi profusus occideretur, si oculis res aspicerem, sensusque quolibet attingere illas aggredere. Quapropter operæpretium esse censui, ut ad rationes cōfugerem, atque in illis rebus veritatē considerarem. Fortè verò nostra hæc similitudo non omni ex parte congruit. Non enim profusus assentior cum qui res in rationibus contemplatur, in imaginibus aspiciere potius quam qui in operibus intuetur. Verūtamen hæc via iter direxi meum, supponensque rationē semper quam esse iudico validissimam quæcumque. huic consonare videantur, pono equidem tanquā vera, idque ago & circa rerum causas, & circa reliqua omnia: quæ verò differant, vera esse nego. Volo equidem quæ dico, tibi aperius explanare. Puto enim te nodū intelligere. Per Iovem haud multum, inquit Cebes. Verum novum nihil adduco, sed quæ & sæpe alias in superiori disputatione dicere nunquam desisti. Pergo iam igitur demonstrare tibi causæ speciem quam cōtinuè pertractavi, ac redeo ad illa iam sæpius decantata, ab eis que exordior, supponens aliquid esse ipsam per se pulchrum, & bonum, & magnū, & cætera omnia. Quæ quidem si tu mihi dederis, eaque esse concesseris, spero tibi ex his ipsam causam demonstrare, ut inveniire esse animam immortalē. At verò, inquit Cebes, quasi iam tibi concesserim,

rim, nihil tibi faciendam est quo minus iam concludas. Considera inquit, iam que sequuntur deinceps, verum in his mihi consentias. Arbitror enim, si quid est aliud pulchrum præter ipsum pulchrum, non ob aliud quippiam esse pulchrum, quam quia pulchrius est participes. Atque omnino dico ad hunc modum. Verum hanc causam recipis? Recipio equidem, inquit. Ergo inquit ille, non vltra percipio, neque possum cæteras istas præclaras causas cognoscere. Si quis autem mihi dixerit quare pulchrum sit quodlibet, videlicet quia vel colorem habeat floridum, vel figuram, vel aliud quodvis talium, cætera equidem valere sinosin cæteris enim omnibus solem perturbari verò vnum simpliciter atque verè & fortasse imperitè penes me teneo, nihil aliud esse quod aliquid faciat pulchrum, quam ipsum pulchrum, siue præsentiam, siue communionem, siue qualitatem ratione, & quocumque modo id proveniat. Neque enim id adhuc esse affirmare: sed pulchro pulchra, omnia esse pulchra, id mihi videtur tutissimum, tam mihi, quam aliis respondere: atque huic fundamento innixus, puto nunquam me lapsurum, sed & me & quemvis alium tuto respondere posse, quæcumque pulchra sunt, ipsa pulchro fieri pulchra. Nonne & ipse consentis? Consentio equidem. Ergo & quæ magna sunt, ipsa magnitudine esse magna: & quæ maiora sunt, similiter esse maiora: & quæ minora parvitate esse minora. Ita est. Igitur neque tu quidem assentieris, si quis aliquem dixerit alio quodam capite esse maiorem atque eum qui minor est, eodem capite esse minorem, sed testificaberis te quidem nihil aliud esse dicturum, quam omne maius alio non alia re vlla quam magnitudine esse maius atque ob hoc maius, ob ipsam scilicet magnitudinem: minus autem, nullo similiter alio minus quam parvitate, & propter hoc esse minus, propter ipsam videlicet parvitatē: metuens, ut puto, ne si quem dixeris capite maiorem esse, vel minorem, quippiam tibi sic obiciat: primum quidem eadem re & maius esse maius, & minus esse minus: deinde quod capite, quæ res parva est, maior affirmare esse maiorem. Hoc autem dicit monstrare esse perfirmis, ut paulo aliquo magnū quiddam esse dicas. Nonne hæc metueres? Tunc Cebes subidens, Equidem inquit, nonne similiter quoque metues dicere, inquit, decem plura, quam octo esse duobus, atque ob hæc causam superare, potius quam multitudinem, atque propter multitudinem: Ac similiter bicubium cubitali maius esse dimidio, potius quam magnitudine: Id enim similiter est metuendum. Omnino, inquit. Quid verò si vni addatur vnum, additamentum ipsum esse causam, ut duo fiant vel si dividatur, divisionem ipsam duorum esse causam dicere non formidare? Altiūque exclamares, nec ire te quodam alio pacto quicquam fiat, nisi participatione quadam essentia vnicuique propria, cuius sit participes atque in his nullam aliam habere causam, cur duo fiant præter dicitatis ipsius participationē: sed oportere huius participia fore, quæcumque futura sunt duo: & similiter vnitatis quodcumque futurum sit vnum: Has verò divisiones ad additionemque & cæteras eiusmodi argutias valere sineres, relinquere que sapientioribus te per eas pro arbitrio responsurus tu vero tuam, quemadmodū dici solet, metuēs vmbra & imperitiam, atque innixus tutissimè illi positioni, sic utique responderes. At verò si quis eandem positionem complexus instaret, valere sineres, neque prius respon-

responderes, quam quæ inde manant, considerasses, verum consonent invicem, aut dissonent? Vbi verò illius ipsius rationis oportere afferre, eodem modo afferres, atque aliam rursus positionem adduceres, quæ superiori optima videretur, quoad ad aliquid sufficiens pervenires. Nunquam verò simul cōfunderes contentiosorum more, vbi & de principio, & de his que à principio deducuntur, disputas, si modo velles eorū aliquid quæ verè sunt, invenire? Nam illis fortasse nullus hæc de re sermo est, nulla cura. Possunt enim præ sapientia & simul omnia cōmiscere, & tamen sibi met placere. Tu verò si ex philosophorum numero es, quæ dico, ut arbitror, facies. Verissima loqueris, inquit Simmias, & Cebes. E. C. H. Per Iouē, o Phædo, meritò admodum consenserunt, mirifice enim ille mihi videtur rem ipsam vel hebetissimè eoque explanasse. P. H. A. E. D. Sic profusus, o Echecherus, presentibus omnibus similiter visum fuit. E. C. H. E. Quid mirum? cum nobis quoque quod non interfusimus, nunc similiter audientibus videatur. Verum quæ nā post hæc dicta fuerit? P. H. A. E. Vt equidem arbitror, postquam hæc illi Socrati concesserunt, consenseruntque: speciem quilibet aliquid esse, & quæ harū participia sunt, ipsarū denominationem habere, deinceps hūc in modū interrogavit. Si hæc ita se habent, nonne quando Simmia dicit Socrate quid maiore esse, Phædone verò minore, rursus affirmas in Simmia verumque esse, & magnitudinē simul & parvitatē? Equidem. Attamen Simmiam cōfiteris excedere Socrate, non ita reuera ut verba sonant. Non enim ita natura instituit esse existimas Simmia, ut ea ratione superet quæ est Simmias, sed magnitudine quam habet, neque rursus Socrate quod Socrate est, excedi, sed quia parvitate præ magnitudine illius habeat. Vera loqueris. Similiter nec à Phædone superari, eo quod Phædo sit Phædo, sed quia Phædo præ Simmia parvitate magnitudinem habet. Ita est. Sic itaque Simmias denominationem parvi habet & magnitudinem in amborū medio positus, alterius quidem parvitate magnitudine superat, alterius verò magnitudinē parvitate cedit. Et simul subridens, inquit: Videor equidem expressis accuratiusque dicere, veruntamē est ut dico. Sic apparet. Dico autē propterea, quia cupio videri tibi quod & mihi videtur. Opinor enim nō solum magnitudinem ipsam nunquam velle magnā simul parvitatēque, verum etiā neque hæc quæ in nobis est magnitudinem nunquam recipere parvitatē, neque superari velle: sed è duobus alterū accidere: vel fugere, scilicet suberhære quando adueniat cōtraria parvitas: vel cum illa aduenierit, interire: sin autem expelleret, & parvitatē suscipiat, non velle aliud esse, quam quod erat. Quemadmodum ego cum susceperim sustinuerimque parvitatē, quādiu in ipse sum qui sum, sic ipsemet sum parvus. Illud autē quod magnū est, nunquam sustinuit esse parvum: similiter parvū quod est in nobis, nunquam vult magnū aut fieri, aut esse, neque aliud quicquā contrariū, quādiu est id quod erat, patitur simul contrarium fieri aut esse, sed aut abire, aut perire cum adueniat cōtrariū. Ita profusus existimo, inquit Cebes. Tunc quiddam eorum qui aderat, hæc audiens, quis autem ille fuerit, nō facis memini, Dij boni, inquit, nonne in superioribus contrariū eorū quæ dicuntur, nobis est cōcessum, videlicet ex minori maius fieri, atque ex maiori minus, esse que proculdubio generationē contrariū ex contrariis? Nunc autē videmini fieri id nō posse, dicere. Cum verò Socrate

tes adiuvenis caput, aufcultasset, Viriliter, inquit, id recordatus es: non tam intelligis differentia inter id quod modò dictū est, atque illud superius. Tūc enim dicebatur ex contraria re, rem contrariā fieri: nunc verò contrariū ipsum sibi met cōtrarium fieri nunquā, neque quod in nobis, neque quod in natura cōtrariū est. Tūc enim, o amice, de his que habet contraria dicebamus, hæc illorū cognomine appellantes. At nunc de illis ipsis loquimur, quæ his insunt, quorum ve præsentia cognomē habet ea que nominantur. Illa verò ipsa dicimus nunquam velle mutū inter se generationē suscipere. Et simul Cebetē intuitus, inquit: Nū te quoque Cebes aliquid eorū quæ ab hoc obiecta sunt, perturbavit? Haud equidem, inquit Cebes, ita sum affectus, ac tibi affirmo nō multum me turbari. Id ergo simpliciter, inquit, confessus sum, contrariū nunquam sibi met fore contrariū. Ommino, inquit. Adverte præterea nunc & in hoc mecum sentias. Vocāne aliquid calorē atque frigus? Voco equidem. Num tāquam niue atque igne? Non per Iouē. An aliud quiddam calorē esse quam ignem, & aliud frigus quam niuem? Ita. Sed hoc quoque tibi videtur, niuem quādiu nix est, nunquā susceperit esse calorem, quemadmodū in superioribus dicebamus: nec fore niuem ut erat prius simulque calidam sed aducente calore, aut subterfugere, aut interire. Penitus. Similiter & ignē subintrante frigore, aut subterfugere, aut extingui, nec nunquam posse & suscipere frigus, & simul esse ignē sicut prius erat, & frigidum. Vera naras. Sunt igitur quædam eiusmodi, ut non solum speciem ipsam nomine suo dignitū per omne rēpus, sed & aliud quiddam, quod quidē est primum illud, habet verò quādiu est, illius formā. In hoc rursus tibi quod volo, fortè manifestus erit. Impar enim semper oportet nominē id quod nūc dicimus, possidere. Nonne? Oportet sane. Num id solum est omnibus (hoc enim quæro) an & aliud quiddam, quod quidē est non idipsum impar, atramē hoc oportet vna cum suo nomine, hoc insuper nomine alio semper appellari, propterea quod id natura sit institutum, ut nunquā ab impari delectari? Dico autē hoc ipsum esse tanquā ternariū, aliāque multa. Considera verò de ternario. An nō tibi videtur hunc & sui ipsius nomine nuncupandū esse, & simul nomine imparis? Quod quidem impar nō idem est quod est ternarius. Verūtamen ita natura cōparatus est, & ternarius, & quaternarius, & omnis medietas nō meri, ut quāuis non idem sit quod impar, semper tamē eorum quouis sit impar. Præterea duo & quatuor, omnisque alter numerus ordo, quāuis idem quod par nō sit, simul tamē quilibet illorū præ seipere existit. Cōcedis necne? Quidni? Contēptare ergo quid velim, est autē eiusmodi videtur quidem nō solum ipsa inter se cōtraria sese invicē non recipere, verū etiā quæcumque talia sunt, ut licet cōtraria inter se nō sint, semper tamen cōtraria possidere, nunquā recipere speciem illam que ipsi speciei quam in se habent, cōtraria sit, sed hac adueniente, aut petire protinus, aut abire. An nō dicemus tria & prius interitura, & aliud quodvis passura, quāvis sustineat ut quatuor tria sunt, paria fiant? Ita profusus, inquit Cebes. Non tamen contrarius est binarius ternario. Non certe. Non solum ergo species ipse cōtraria nunquā invicem se recipiunt, sed etiā alia quædam contrariū ingressū mutū nō suscipiunt. Verissima naras. Visne igitur hæc, si possumus, qualia sint, demonstrare? Volo equidem. An nō Cebes hæc erit, quæ quodcūque

occupat, tale red dū, vt nō solum ſuſcipiū id eā retinere cogatur, ſed etiā vt neq; contrariā ipſi ſpeciem aſſumat. Quoniam pacto dicis. Quemadmodū paulo ante dicebamus. Scis enim quē trinum cōtinetur idea, oportere non ſolum tria, ſed etiā imparia eſſe? Certe. Ad hoc tale vtiq; dicebamus ideā cōtrariam formē illi quā id perficit, niſquam accedere. Nunquā. Perfecit autē imparis idea. Hęc ipſa Cōtraria verō huius paris idea. Ita eſt. Ergo ternario numero idea paris ſe nunquā inſinuabit. Nunquā. Quapropter ternarius numerus paris eſt expers. Ternarius ergo eſt neceſſariū impar. Eſt. Quod ergo definiendū dicebā, qualia videlicet ſint, quæ eſſi aliquid non ſunt cōtraria, ipſum tamē contrarium nō admittunt, perinde ſe habet vt Ternarius, qui cūm pari non ſit cōtrarius, nihilō tamen magis ipſum accipit. Nam ſemper cōtrarium aſſert binarius ad impar, & ignis ad frigidū, aliq; quā plurima. At vide iam nūm ita definiendū putes, vt non modo cōtrarium nō admittat cōtrariū, verometiam illud quod aliquid aſſert contrarium illi ad quod ipſum accedat, ipſum videlicet quod aſſert, nūquā cōtrarium eius quæ aſſertat recipiat formā. Rurſus autem recordare neq; enim inſolite ſapius audire. Neq; quā que paris ſpecie admittent, neq; decē imparis, quod eſt duplum. Hoc quidem ipſum alij cōtrarium, ſpeciem tamē imparis accipiet nunquam. Neq; etiam numerus ſciquales, neq; alia huiusmodi quæ dimidium habent, formam totius ſuſcipiunt, ſimilitēq; numerus qui parē habet tertiam, atq; eiuſdem generis alia, ſi modo aſſequeris iſta, atq; conſentis. Omni no equidem conſento, atque aſſequir. Rurſus tanquā à principio mihi dicas. Nec tamen per id quod nūc interrogo, ſed per aliud quiddam mihi respondeas me imitatus. Dico autem præter tutam reſponſionem illam à principio poſitam, iuxta tutā quoq; reſponſionem etiam, per ea quæ modo dicta ſunt, adiuentā. Nepe ſi me interroges, ō Socrates, quidnam in corpore ſi ſit, caſeſcet corpus, nō tutam reſponſionē illam reddēti tibi dabo, videlicet ſi caliditas, ſed exquiſitorē ex præſentibus verbis, vt ſi inſit ignis. Similiter ſi me interroges, quid ſi in corpore ſit, ægrotabit, non reſpondebo ſi ægrotatio, ſed ſi febris. Rurſus ſi percontaris, quid ſi inſit numero, fuerit impar, non dicam ſi impartas, imō ſi vitas, atq; in exteris eodem pacto. Sed vide an iam quid velim planē cognoueris. Planillimē. Reſpōde igitur: quidnam ſi in corpore ſit, erit viuū? Si anima. Nōne id ſemper ita ſe habet? Semper. Anima igitur que quid occupat, ſemper ad illud vitā aſſert? Aſſert proculdubio. An eſt aliquid vitæ cōtrariū necne? Eſt vtiq;. Quid illud? Mors. Anima verō contrariū eius quod ipſa ſemper adducit, ſubibit nunquam, quemadmodum ex ſuperioribus eſt cōceſſum. Sic eſt omnino, inquit Cebes. Quid verō? Quōd parit ideā non accipit, quoniam modo paulo ante nominabamus? Impar. Quod verō non accipit iuſtitiā, quōd ve non capit muſicam? Inuultum, inquit, & immoſicū. Age iam, quod non ſubit mortē, quomodo appellamus? Immortale. Et anima quidē mortem non ſuſcipit. Nequaquam. Eſt igitur anima immortalis. Immortalis quidē. Age vtiq; hōne iam demonſtratū diceamus: An alter tibi videtur? Et ſufficientiſimē quidem. ō Socrates. Quid ergo Cebes? Si necesse eſſet quod omnino eſt impar, & interitū nō obnoxium eſſe, nōne tria interitū nō eſſet obnoxia? Quidnam? Præterea ſi quod calidum nō eſt, necesse eſt interi-

ri non eſſe obnoxium, quādo quis ad niuē calidū ad-moueret, niſi quidē in calidam illi queſcitāq; ſubterfugeret: neq; enim vel periret, vel calorē admitteret. Vera narras. Simili, vt arbitror, ratione, ſi quod frigidere non poſſet, etiā interire nō poſſet, quod in ignē aduēctat frigidus, non extingueretur, aut euaneſceret ignis, ſed abiret in columis. Nec eſſe eſt. Eodem pacto de immortalitate interire nequit, im-poſſibile eſt animā immortē morte perire. Nā mortē quidē quemadmodū ex ſuperioribus cōſtat, nō recipiet, neq; interitū quemadmodū ternarius nunquā, vt diximus, par erit, neq; ruruſus impar erit par, neq; ignis frigidus, neq; caliditas quæ in eſt igni, frigiditas vti quæ erit. Ceterum dicat quiſpiā, quidā prohibet, quod minus ipſum impar, par quidem non ſtat adueniente pari, quemadmodū inter nos cōuenit, attamen eo diſſoluto, par pro ipſo ſuccedat. Iſta dicēti repugnare non valere mos, quin ſit diſtrictū. Quippe cūm nō idē ſit impar atq; diſſolubile. Alioquin ſi nobis id cōſtituiſſet, facile obtineremus, accedēte pari, impar ternariūq; diſcedere, ſimilitēq; de igne & calido ceteriſque aſſequeremur. Nōne ita? Proſiſ. Iam verō de immortalitate, ſi nobis id conſtat, quod eſt immortale, eſſe etiā interitus expers, conſequent eſt animā præter id quod eſt immortale, interitus quoq; necia eſſe. Sin verō minus id cōcedatur, ratione alia opus erit. Sed nihil, inquit, opus eſt, quantum ad id ſpectat, alia ratione. Si uideſ quiddā aliud indiſſolubile poſſet eſſe, ſi immortale ipſum ſempiternum diſſolueretur? Deim verō inquit Socrates, & ipſam vitæ ſpecie, & ſi quid aliud eſt immortale, indiſſolubile quoque ſe omnes cōſtiterunt. Vniuerſi per ſe, iu-uem homines, & multo magis ipſi, vt arbitror, diſi. Cūm igitur quod immortale eſt, etiā incorruptibile ſit, quid nā prohibet animā, ſi fuerit immortale, in-corrupibile quoque fore? Nec ſanō ſequitur. Immō nente igitur homini morte, quod mortale quidē in eo eſt, interit, vt apparet. quod verō immortale, in-corrupitū, ſoſpēſq; mori ſe ſubtrahit. Manifeſtū eſt. Itaq; maximē omnium, ō Cebes, anima immortalis incorruptibilisq; eſt, eruntq; apud manes animæ noſtræ. Nihil equidē, ō Socrates, aduerſus hæc habeo quo minus rationibus aſſentiar. Verū ſi quid ac hic Simmias, aut alius que ſequam habet quod dicat, operæ pretiū fuerit nō ſuſcipe. Nefcio enim in quod aliud quis diſſertat tēpus, ſi quid de rebus eiſmodi, vel dicere, vel audire deſideret. Atqui nec ego, inquit Simmias, habeo que quā minus ſuperioribus aſſentiar rationibus. Veruntamē rei ipſius qua de agitur magnitudinē, & humanā imbecillitatē cōſideras, cogor intra me dictis nondum acquieſcere. Quinimō & hæc bene dicis, ō Simmias, & poſitiones primæ quāuis fide vobis dignæ videantur, diligētis tamē conſiderādæ atq; ſi de illis ſufficere, vt arbitror, diſſerueris, hæc ſequimini rationē quātu fieri ab homine poteſt. Quod ſi hoc ipſum fuerit manifeſtū nihil vltius perquirere. Vera, inquit, loqueris. **H**oc autē, ō viri, inſtūm eſt cogitare, ſi anima ſi immortalis, eam non ſolum tempus huius in quo viuere dicimur, verum etiā vniuerſi gratia curatione plurimū indigere. Nam graue periculū fore putandum eſt, ſi quis neglexit animam: enim mors totius diſſolutio eſt, niſi mirū improblucra-entur, cum & à corpore, & ab eorū prauitate cum anima liberatū. Nunc autē cō anima immortalis appareat, nulla foreſt malorum declinatio, nulla ſalus

*animæ  
immortalis  
interitus  
expers  
quæ  
indivulsi-*

*Forma  
terra  
quæ  
quæ  
quæ*

ſalus, niſi vt optima & prudētiffima fiat. Nihil enim aliud eūm migrat ad manes anima, ſecum tranſfert præter educationem atq; educationem. Quæ quidē ſtatim in principio trā migrationis illius, ei quæ mor-tus eſt plurimum vel prodeſſe, vel obeſſe dicitur. Ferunt enim quemlibet hinc illuc emigrantē ab eo demone quem viuens ſortitus fuerat, in locū quem-dam duci, vbi oporteat omnes vna collectos iudica-ri, ac deinde ad inferos proſciſe eo dūce, cui man-datum erat vt hinc decederēs, ad illa loca traducat. Sortitos verō illic quæ oportebat fortiri, tempūq; debitum cōmoratos, ab alio quodā dūce ruruſus huc reduci poſt multos temporis longōſq; circuitus. Eſt autē iter nō tale, quale ait Telepheus apud Aefchy-lum. Ille ſiquidem ſimplicem inquit viam ad inferos ferre. Ego verō, neq; ſimplicē, neq; viam eſſe puto. Alioquin nullis ducibus opus eſſet: quippe quāum vnica via aberrare poſſit nemo. Nunc autē videret multos tramites, multōſq; anfractus habere. Quod quidē eſt ſacriticis & ritibus coniectare licet. Ani-mus ergo moderatus & prudens dūcem ſponte ſe-quitur, neque ignorat præſentia. Sed qui cupiditate corporis eſt infectus, quemadmodū ſuprà dixi, per multum tempus ad ipſum ardentem afficitur: & cir-ca locum viſibile multos relictus modis multaq; perpeſſus, vi & vix tandē ab eo adducitur dæmone, cui eius cura erat iniuncta. Cūm verō ad ea loca vbi alij quoque animi ſunt peruenit, quiſquis admodū immundus eſt, & huiusmodi obnoxius crimini, qui vel inultis ſe cōtaminauerit cogitibus, vel alia his ſimilia, ſimiliūq; animorum opera perpetrauerit, hunc quidem animum omnes fugiunt atque decli-nant, nec reperitur vllus, qui vel locus, vel dux eius fieri velit. Itaq; omni auxilio deſtitutus, eo vſq; per-terat, quoad certa temporū curricula impleantur. Quibus tandem impletis, ſi habitacionem ſibi con-uenientem ab ipſa neceſſitate trāſfertur. Qui verō modum moderatūq; tranſegerit vitā, deos ſocios, decēſque nactus ibi habitat, vbi vnicuique conuenit. Multa verō tempus, mirabiliſq; terrarum loca, ipſaq; terra neq; talis, neq; tanta eſt qualem aut quantam hi, qui de terra ſolent diſſerere, exiſtimāt, quemad-modū mihi à quodam perſuaſum eſt. Quānam ratio-ne, inquit Simmias, hæc aiſ, ō Socrates: Equidem de terrarum orbe multa audiui; non tamē hæc quæ tanquam vera accepſiſſe te aiſ. Libenter igitur exte audirem Arque, ō Simmia, nequaquā mihi videret ars Glauci quæ ea ſunt narrare, ſed quod vera ſint probare, aris Glauci facultatē mihi videret ex-cedere. Præterea ego forſan non ſufficerē. Quinetiam ſi id ſcirem, hæc tamē vita mea, ō Simmia, longiori huius narrationi nequaquam ſufficeret. Formam ta-men orbis terræ cuiſq; loca cuiſmodi eſſe rear, nihil prohibet dicere, Satis id erit, inquit Simmias. Perſuaſum mihi quidē eſt, primū ſi eſt terra in cæli medio rotunda, nihil ei opus eſſe, vel aère, vel alia neceſſitate eiſmodi ad hoc vt nunquā decidat. Sed ad eam ſimilitudinem ſatis id eſſe, quod & cælum vti-dique ſibi ipſi ſimilimum eſt omnino, & terra vti-dique æquilubris. Res enim æquilubris in ſimilibus alieuius medio poſita, nec magis nec minus poteſt in par-tem aliquam inclinari. Cūmque ſimiliter ſe habeat, ab inclinatione permanet aliena. Primū igitur mihi eſſe ita eſt perſuaſum. Et reddē quidem, inquit Sim-mias. Præterea ingentem eſſe terrarum orbē, nōſq; à Phæride ad Columnas Herculeas habitare, in par-tia quadā eius particula, ceu formicæ atq; ranæ cir-

ca paludes, atq; mare, eſſe verō & alios in ſimilibus multiſq; locis multos habitatores, eſſe enim paſſim per terrā multas variaſq; cōcauitates ſecūndum for-mas & moles in quas aqua, nebula, atq; confluant. Puram verō ipſam terram in puro iacere cælo, in quo ſunt alia, quem plerique eorū qui hæc tractāt, ætherem nominant. Et quidē ſubiecta quaſi reſidēdo hæc eſſe, ſemperq; in cōcauis terræ partes cōſſue-re. Noſ itaque in his concauitatibus habitātes, adeo falli, vt in terræ ſuperficie alta nos habitare creda-mus. Perinde ac ſi quis in medio profundo pelagi habitans, putet ſe altiora maris incolere atq; ſolē cę-teraque aſtra per mare proſpiciens, mare ipſum eſſe cœlū exiſtimet, propter tarditatē autē imbecillita-tēmq; nunquā ad ſummū mare exiit, neq; caput profundis extulerit, planēq; maris euaserit, neq; caput vtiſque alio purior pulchriorq; ſit: quinetiam nec ab illo qui hūc intuius ſit, accipit. Hoc igitur idē & nobis accidere, qui in quadā orbis terræ conca-uitate habitantes, altā incolere perſeicem arbitre mur, atque aerē nominemus cælum, vt pote qui per ipſum quaſi cæluſtrotorum morus intueamur. Idq; nobis accidere propterea, quod propter imbecilli-tatē tarditatēq; ad ſupremū vſque aère tranſcen-dere nequeamus. Quōd ſi quis ad ſummū euaderet, vel alis fretus eo volaret, quemadmodū piſces emer-gentes & mari noſtra hæc aſpiciunt, ſic ea quæ illic ſunt aſpiceret. Ac ſi natura ad inſpiciendum ſuffice-ret, cognitum pulchritudinis cælum illud eſſe verum, verāque lucē, veram quoque terrā. Si quidem me quæ à nobis incolitur terra, hinc lapides, torſiſque hic locus ad ea ſunt atq; corrupta, vt ea quæ in mari ſūt: à falſedine, neque natiſcit in mari quequā exiſti-matione dignū, atque, vt ita dixerim, nihil eſt in ea perfectū, ſed cauerat, arena, limus incredibilis, atq; ſordes, vbiunque ſit & terra. Quæ quidem ad has noſtras pulchritudines nullo modo ſunt conferēda. Illius verō loci pulchritudo hæc noſtra multo magis apparebit ex-cedere. Proinde ſi fabulā quoque narrare oportet perpulchra, operæ pretium ſim-mia eſt audire quales ſit hæc terrarū plage quæ ſubia-cent cælo. Imō verō, inquit Simmias, libentiffimā hæc fabulā audiemus. Ferunt igitur, ō amice, inquit, primū quidē talē videri terræ vltimū faciēm, ſi quis ſuperne deſpiciat, quales ſunt hæc pilæ quæ ex cortis duodecim cōtextæ ſunt, variis ſcilicet diſtin-dæ coloribus, quorum hi noſtri colores quibus pictores vtuntur, ſimilitudinem quādam retinet. Illæ verū vniuerſam terrā ex talibus multōque etiaſ nidiſſoti-bus ac purioribus eſſe quā hi ſunt: partim quidem purpureā mira pulchritudine præditā, partim verō coloris aurei, partim gyſeo & niue candidiorē. Præ-terea ex coloribus aliis ſimiliter cōpoſitam, ac etiā pluribus pulchrioribusque quam in noſtra notitiā perueniunt. Enimverū hæc ipſas ipſius concauita-tes aqua aèreque repletas ſpecie quādam colorum ſplendidam in primis aſſertit inter cæterorum colo-rum varietatē, vt una quædam ſpecies eius varia ſem-per appareat. In huiusmodi verō terra conuenienter ratione ſimiles naſci arbores, & flores, & ſuſcitū. Præterea montes & lapides ibidē ſimilitudine ha-bere perfectionem atque perſpicuatē, colorēque pulchriores. Quorum quidem particule quædam ſunt lapilli, qui apud nos habentur in præter, Sardis, lapides, Smaragdi, cæterique eiſmodi. Illic verō nihil eſſe quod non tale ſit, aut etiam pulchrius. Cuius quidem rei cauſa ſit, quoniam lapides illi puri

sint, neque quemadmodum nostri a potestate salu-  
gineque: exiit atque corrupti, quibus in hunc locum cō-  
fluentibus, lapides et tellus animaliaque; & plāta infu-  
sionibus, atque agrorum coguntur. Terra vero ipsam  
his omnibus exornari, atque auro et argēto car-  
terisque similibus. Praefulgētia quidē ipsa nasci &  
multa & magna, perque omnem terram, ut eam vide-  
re spectatorum felicitū sit spectaculum. Proinde  
ibi esse animalia multa, & homines partim regione  
mediterranea incolētes, partim circa aërem, quem  
admodum nos circa maris littora, partim etiam in-  
sulas quae haud procul à continenti possit aere cir-  
cundantur. Sed ut summam dicam, quod nobis  
aqua est & mare ad usum nostrū, idem illic esse aë-  
rem: quod verò nobis aer, id illis aetherem esse. Tem-  
pora vero apud illos tantam habere temperiem, ut  
illi & sine morbo contineat, & longē diutius quā  
nostrū vivant. Item visu, auditu, prudētia, ceterisque  
talibus nobis tantū praestare, quantum & aer aquae,  
& aether aëri puritate praestat. Præterea illic esse  
deorum templa & lucos, in quibus reuera dij fami-  
liariter habitent, & responsa & divinationes, deo-  
rumque sensus familiaritatemque eiusmodi homini-  
bus ad eos esse. Solē quoque & Lunā stellisque alias  
quales reuera sunt, apud eos videri: ceteris in rebus  
beatitudinem eos his rebus congruam possidere.  
Itaque vniuersam terram sic natura comparatā, &  
quae circa eam sunt. Esse præterea in ipsa per eius  
concauitates loca in circulum multa, partim quidē  
profundiora, atque ampliora quam sit regio à nobis  
cultā, partim verò profundiora quidē, sed hiatum  
angustiorē habētia nostra hac regione: esse & ali-  
cubi minus profunda, sed ampliora quā nostrā.  
Hæc autem omnia sub terra sibi invicem obuiare,  
atque irumpere multis vndiq; modis, tum per an-  
gustiora, tum per ampliora, discursusque habere &  
exitus quibus magna aquarum copia ex alius in alia  
velut in crateres confluat. Item perenniū flumi-  
num sub terra incredibiles magnitudines aquarum,  
tum calidarum, tum etiam frigidarum, plurimūque  
ignem, & ignis ingentes amnes, multos quoque lutu-  
lēti humoris partim quidem purioris, partim verò  
fordidioris, ceu torrens luti qui in Sicilia est, & iux-  
ta ipsam amnes luti inde fluentes. Quibus singula  
completi loca quacunque eos contingit perfluere.  
Hæc autem omnia sursum deorsumque ferri veluti  
vasē pensili quodā in terra posito, atque ita librato, ut  
vtrinq; vicissim inclinet atque atrollat. Est autem id  
vas pensile ob naturam quādam eiusmodi. Vnus ali-  
quis ex terra hiatibus est profectio quā maximus,  
perque vniuersam terrā traiectus & patens, de quo  
Homerus, Longē nimis barathrum stat sub tellure  
profundum. Quod & ipse alibi, & multi poetarum  
Tartarum appellarunt. In hunc enim hiatum om-  
nia confluunt flumina, atque inde rursus effluunt.  
Talia verò sunt singula, per quales labuntur terras.  
Quod autem hinc effluant omnia rursusque, refluat,  
hæc est causa, quod hic humor nec fundum habet  
nec fundamentum. Itaque eleuatur, & sursum deor-  
sumque fluctuat. Idēque facit aer & spiritus qui  
circa ipsum versatur. Sequitur enim ipsam, & quan-  
do ad superiora terræ, & quando ad hæc nostra per-  
labitur. Et quemadmodum in respirantibus flatus  
contineat expirat atque respicit, sic sibi spiritus vna  
cum humore elatus vehemētes quosdam ventos &  
incredibiles comouet, siue influat siue effluat. Qui-  
propter cum aqua in locum quē inferiorē appel-

Hæc

lant delabitur, per meatus terræ ad eiusmodi riuos  
influit, passimque per eos exundat, & implet vel  
lut hi qui haerunt. Cum verò illine huc erumpit,  
hæc quoque iterū locū complet. Plena verò cum sunt,  
per riuos terræque meatus fluit. Et cum humores sin-  
guli illic profluxerint, quod quisque profluit oppor-  
tunius, maria, lacus, flumina, fontēs efficiunt. Proin-  
de rursus hinc relabētes per terras, partim quidem  
per lōgiōres pluresque anfractus, partim verò per  
pauciores atque breviores rursus in Tartarum con-  
fluunt: alij certē multo profundius quā hauriti fue-  
rint, alij verò paulo. Omnes autem inferius influnt  
quā effluerint: & alij per cōtrariam partem ela-  
buntur quā elapsi fuerint, alij verò per partē ean-  
dem. At quidā passim circumfluunt aut semel aut  
sepius, spirātesque circa orbem terrarū instar anguī  
replicantes, quantum fieri potest infra relapsi iterū  
cōmiserunt: quatenus licet in vtrāque partem ad  
medium vsq; defluere, vitā verò nequaquam, vte-  
rior enim prolapsus vtrinq; foret acclius. Proinde  
sunt & alia multa & magna variāque fluenta, sed præ-  
cipua quatuor. Quorū quidem maximū atque exti-  
mum, terrā circundans Oceanus appellatur. E con-  
traria verò huius regione fluit Acherō: qui per de-  
serta alia flūs loca, atque per subterranea in paludem  
defluit Acherusiam. Quō plerūque defunctorū deueni-  
tū animi, ibiq; per fatalia quædam temporum cur-  
ricula commorati, partim quidem longiora, partim  
verò breviora, rursus in generationes animalū re-  
labuntur. Tertius verò fluius horū medius duorum  
interfluit. Nec admodum longē progressus in locum  
cadit vastum, multo igne flagrantem, efficitque palu-  
dem nostrō mari maiorem, aqua luteāque ferentem.  
Hinc verò turbibus luculentisq; circumfluit, terrāque  
circūdata, & alibi, & ad extrema paludis Acherusie  
peruenit, nec tamē illius aquæ miscetur, sed sub ter-  
ra sepius reuolutus absorptusque: defluit infra tarta-  
rum. Hunc fluium Pnyphlegethontem nominat,  
cuius riuū quidam inde velut quāsi quacuque ter-  
rarū contigerit manant. E contraria verò huius re-  
gione fluius quartus primum in locum erūpit fe-  
rum & asperum, ut ferunt, colorē verò locus talem  
habet rotus, qualis est cyaneus: quem Stygiū nomi-  
nāt, hic autem fluius prolapsus paludē efficit Sty-  
gē. In hunc verò incidens locū vtrūque vehemētes in  
aqua assumēs sub terrā se condit, circumuolutusque  
aduersus Pnyphlegethontem labitur, & in Acheru-  
siam paludē e contraria parte illi sit obuiā. Nec vlli hu-  
ius aqua miscetur, sed reuolutus in gyrum contra  
Pnyphlegethontem irumpit in tartarum. Poetæ  
verò hunc appellant Cocytum. Cum verò hæc ita  
natura disposita sint, quando in eum locū defuncti  
peruenierint, quod dæmon vnūquēque perducit,  
primū illic iudicantur, & qui honestē sanctēque, &  
qui aliter vixerint. Itaque quicunque in vita quodā  
modo renuissē medium quoddam comperierunt, ad  
Acherontem profecti veliculis quæ vnicuique ad-  
sunt concessis, in paludē perueniunt Acherusiam,  
ibiq; habitāt purgantēque penās dātēs iniuriarum,  
& cū purificati sunt absoluntur, rursusque pro me-  
rito singuli benefactorum præmia reportant. Qui  
verò ob scelēū magnitudinem insanabiles esse ven-  
dentur, qui videlicet sacrilegia multa & magna, vel  
eades iniquas, vel alia horū similia perpetraverint,  
hos omnes conueniens fors mergit in tartarum, vti  
de nunquam egrediantur. Qui autem sanabilia quā-  
dam peccata, sed ingentia commiserunt, velut loqui-

Graec.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

diap.

contra patrem, vel matrem irati per vim aliquid fecerint, sed poenitentia ducti eos in cetera vita colu-  
erint, vel qui simili quodam pacto fuerint homi-  
cidæ, eos in tartarū quidem necesse est cadere, sed  
ibi per annum commorati a flūtu eiiciuntur, homi-  
cidæ quidem per Cocytum, parentum verò viola-  
tores per Pnyphlegethontem. Postquam verò ab  
his delati fluminibus ad paludem Acherusiam per-  
uenierunt, clamant illic vocitantque eos quos vel ne-  
cauerunt vel iniuriis affecerunt, suppliciterque ro-  
gant atque deprecantur, ut eos permittant ingredi  
in paludem, ibique recipi: ac si impetrauerint, pen-  
trant illic, sine quæ malorū accipiunt: Sin minus,  
referuntur in tartarum, atque inde rursus in flumi-  
na, neque per hæc mala deferti prius cessant, quā  
ab his quos affecerant iniuriis, impetrauerint: Hæc  
enim poenā illis à iudicibus esse imposita. Qui autem  
pię præteritis vixisse inueniuntur, hi sunt qui ex  
his terrenis locis tanquam & carcere soluti, atque li-  
berati, ad altiora transcendunt, puramque sup̄ terram  
habitāt regionem. Inter has autem quicunq;  
fatis per philosophiam purgati sunt, absque corpo-  
ribus omnino totum per tempus viuunt, habitatio-  
neque his etiam pulchriores, nascuntur. Qua-  
rum pulchritudo, neque facilis dictū est, neque præ-  
sensens desunt ad dicendū sufficeret. Sed horum quæ  
narrata sunt gratia, o Simmia, omni studio est ad-  
nitendum, ut in hac vita virtutem, & prudentiam  
sapientiamque consequamur. Præmium nanque pul-  
chrum est, & spes est ingens. Hæc igitur eo se pacto  
horum habere, quo ego exposui, non deceat virum  
fanæ mentis afferere: esse tamē vel hæc vel talia quæ-  
dā circa animos nostros, eorumque habitaciones,  
quandocumque animus ipse immortalis appareat, &  
deceat mihi videri, & dignum quasi periclitatem  
illa existimare: honestum enim periculum est, oportē-  
tēque hæc qua fieri carmina quædam magorum ritu  
mentibus nostris infundere: quamobrem ipse iam  
diu protraho fabulā. Sed horum gratia bonā spem  
de animo suo habere debet, quicunque voluptati-  
bus ornamentisque corporis neglectis tanquam alienis,  
aliud se amplius facturum existimans, voluptate  
quæ in discendo percipiuntur studiose secutus  
fuerit, animūque non alienum, sed suo decorauerit  
ornamento, temperantia, iustitia, fortitudine, liber-  
tate, veritate, sic ex hac vita migrationē expectans,  
tanquam cum fatū vocauerit migraturus. Vos qui-  
dem, o Simmia, & Ceibes, alique præsentēs, in po-  
sterum quodam tempore singuli transmigrabitis.  
Me verò nūc, ut tragicus aliquis deceret, iam vocat  
fatum. Ac fermē tempus est, ut ad lauandum diuer-  
tam. Præstat enim, ut puto, post laucrum venenum  
bibere, ne in lauando caduere molestiam mulieri-  
bus præbeamus. Cum hæc dixisset Socrates, Crito  
sic inquit: Dic age, o Socrates, quidnā his aut mihi  
mandas agendum, vel erga filios tuos vel circa cæ-  
tera? quidve agendum maxime tibi gratū fecerimus?  
Nihil equidem, inquit, noui præcipio, sed quod sem-  
per vobis prædico: videlicet vestri curam habebitis,  
& mihi, & meis, & vobis ipsi gratā euadēt quæ-  
cunq; feceritis, etiam si nunc non promittatis. Ac  
verō si vos ipsos neglexeritis, nolentes secundum  
ea quæ nūc & superiori tempore dicta sunt, quasi  
per veltigia vitam dirigere, nihil profus proficietis,  
est multa nobis nunc promittatis. Ita quidem,  
ait Crito, curę nobis erit. Sed quemadmodum se-  
peli te iubēs? Ut vobis, inquit, libet si tamē me ap-

præhēdetis, ac nisi ego vos effugerō. Et simul subri-  
dens, & ad nos conuersus, non persuado, inquit,  
Crito, me esse hunc Socratem qui nunc disputo,  
& singula dicta dispono. Sed opinatur me illud esse,  
quod paulo post videbit caduere. Itaque interrogat  
quemadmodum me sepeliat. Quod autem iam diu  
plurimus verbis contendo, postquam venenum bi-  
bero, haud veritas apud vos me esse futurum, sed  
ad beatorum profecturum felicitates, hoc quidem  
mihi videor frustra Critoni dixisse, consolans vos  
simul, atque me ipsum. Fidei debet igitur pro me Cri-  
toni cōtraria quodam fideiussione quam ipse iudi-  
cibus fideiussit. Ille enim me iudicio fiteri, vos autē  
tem me non fiteri cum obiero fidei iubere, sed ab-  
iturum, ut Crito obitum facilius me ferat, nūc  
meum corpus vel cremari cernens vel sepeliri, me  
deploret quasi dira patientem. Neque dicat in funere  
proponi Socratem, aut efferti, aut sub terrā condi-  
tum. Certum enim id habetis optime Crito, quod non  
reddēt sentire, non solum est in hoc ipso delinquere,  
verum etiam animis non nihil officere. At enim con-  
fidere oportet atque dicere corpus sepeliri meum,  
atque ita sepeliri, ut tibi placebit, maximeque iustum  
esse censebis. His dictis surrexit, intrauitque cubicu-  
lum quoddam quasi hauserunt. Crito autē secutus  
est. Nos verò expectare iussit. Expectabamus ergo  
de his quæ dicta erant inter nos colloquentes, tur-  
sistisq; considerantes. Præterea commemorabamus  
quanta nobis calamitas accidisset, qui tanquam pa-  
rente orbati reliquum vite tempus orphanū futuri  
essemus. Cum Socrates lotus esset, delati sunt ad eū  
pueri sui. Duos enim filios habebat paruos, vnū  
verò iam grandem. Venerunt & mulieres domesti-  
cæ. Ad eas Socrates, cum præfente Critone verba  
fecisset, & quæ volebat mandauisset, mulieres qui-  
dem & pueros abire iussit, ipse vero ad nos rediit,  
iam circiter solis occasum: permulsum enim tēpus  
intus fuerat commoratus. Cum verò ad nos venis-  
set lotus, cōsedit. Nec multa post hæc locutus erat,  
cum venit Vndecimviriūm hōtor. Qui illi adhiās,  
o Socrates, inquit, non animaduerto in te quod in  
cæteris. Illi enim indignantur mihi atque execran-  
tur, quando illis denuntio venenum esse bibendum,  
ita magistratibus compellētibus. Te verò cognoui  
præferentem in hoc tempore generosissimum, māste-  
tissimumque, & optimū virum omnium qui vnquam  
hunc in locum deuenierunt: & nunc equidem certō  
scio te mihi haud infelicem esse, sed illis penes quos  
rei huius causam esse cognoscis. Nūc ergo scis quæ  
tibi nuncium afferam. Vale atque annitere, quæ ne-  
cessaria sunt pro viribus facile ferre, & simul his di-  
ctis, abibat lachrymans. Socrates autē tē in eum re-  
spiciens. Et tu, inquit, vale, & nos id faciemus. Si-  
milique ad nos conuersus, quam vrbānus est homo  
hæc inquit. Neque solum in hoc, sed in superiori et-  
iam tempore me salutabat, colloquebaturque non  
nunquam, fuitque semper virorum optimus. Et nūc  
quæram ingentē me deplorat? Sed age, o Crito, illi  
pareamus, ac si iam tritum est venenū, aliquis huic  
asserat. Si nondum id tritum, conterat ille. At hæc  
equidem inquit, Crito, o Socrates, nondum soleni  
reliquit montes, nec occidisset. Et noui alios post-  
quam id sibi nunciatum est, valde se ferre bibere illud  
consequisse, largiter cenatos atque potos, interdu-  
m verò etiam illorum totos quorum amores afficie-  
bantur. Quamobrem ne adeo se felices, adhuc enim  
supereest tempus. Tunc Socrates, Meito, inquit,

o Crito, illi ista faciunt. Putant enim hæc facientes lucrari. Atque ego merito ista non faciam. Nihil enim me lucratorum spero, si prædò posterius venenum bibero, nisi ve mihi ipi sum ridiculus, tanquam vitæ cupidus, atque parvus eius rei servator, cuius nihil iam amplius mihi adest. Sed age iam mihi obtempera, nec aliter facias. Crito vero his auditis annuit pueri, qui longè non aberat. Ille vero egressus, & aliquantulum commoratus, rediit, eum cum venenum daturus erat, secum dicens, atulic autem in calice id atritum. Hunc aspiciens Socrates, Cedo inquit, bone vir, tu enim harum rerum penitentiam habes, quid me facere oportet? Nihil, inquit, aliud quam post potionem deambulare quoad grauari tibi sentias crura, postea verò iacere: atque ita tu facies. Hæc dicens porrexit calicem Socrati. Socrates vero hilariter admodum, o Echebrates, accipit, nihil omnino commotus, neque colore, neque vultu mutato. Sed quemadmodum consueverat, taurinè illum aspiciens, quid ais, inquit? licetne ex hoc poculo non nihil spargendo sacrificare? Tantum, inquit, o Socrates, contrarium, quantum fati fore putauimus. Intellego, inquit. Sed & licet, & oportet orate deos, vt felix sit transmigration nostræ. Quod equidem obsecro, atque vtinam ita fiat. Et simul his dictis atrepto poculo, facile admodum alacritateque ebibit. Plerique nostrum eouque retinere quodammodo lachrymas potuerunt. At postquam & bibentem vidimus & bibisse, vterus non potuimus, sed me quidè dolor adeò superabat, vt lachrymæ largitor iam mihi profuissent. Quapropter me protegens deplorabam, non illum quidem, sed fortunam meam, qui tali amico orbatum essem. Crito autem etiam prius me, quum lachrymas nequiret continere, surrexit. Sed Apollodorus nec in superiori quidem tempore vnquam lachrymare cessauerat: Tunc vero præcipue vociferans, seque ipsum assidens, neminem reliquit præsentium, cuius vicem non deploraret, præter vnus Socratis vicem. Ille verò hæc animaduertens, Quidnam, inquit, o viri mirabiles, agitis? Atqui ego maximè hanc ob causam mulieres abegeram, ne talia facerent. Audiueram enim cum gratulatione & applausu esse ex hæc vita migrandum. Quiescite igitur atque tolerate. Nos verò hæc audientes erubimus, destitimusque à lachrymis. Sed ipse quum inter deambulandum crura iam grauari sentiret, iacuit resupinus: sic enim qui venenum præbuit, iusserat. Qui paulo post eum tangens, pedes & crura considerauit. Deinde grauius comprimens pedem eius, quaesivit an sentiret, negauit Socrates. Ille rursus pressit tibias, paulatimque (manu) ascendens, ostendit nobis fringere eum atque rigere. Et ipse attigit rursus, atque vnus ad cor perueniret, tunc esse decessurum. Iam igitur frigerat ei ventriculus, cum seipsum detegens, erat enim cooperatus, dixit, quæ vox illi extreme reddidit. O Crito, Aesculapio galli debemus, quem reddite, neque negligatis. Fiet, inquit, Crito, quod iubes. Sed vide num quid aliud velis. Hæc interroganti nihil vltra respondit. Sed cum paruo tempore interque iussisset, commotus est. Et minister detexit eum, atque ipse lumina fixit. Quod quum Crito cerneret, ora oculisque composuit. Hic finis fuit amicæ nostræ, o Echebrates, viri nostro quidem iudicio, omnium quos experti sumus optimi, & apprimè sapientissimi atque iustissimi.

MENEXENVS, VEL DE ATTICA ANTIQVITATE, VEL, EPI-TAPHIVS.

MARSILII FICINI ARGVMENTVM.

Consilium Platonis in Menexeno est, cohortari omnes ad summam patriæ civitatem, id est, quæ civitas, quæ civitas, in Critone, & legibus, atque Republica. Ille vero duobus præcipue id efficit modis. Primo quidem, dum laudat illos, qui pro salute patriæ pericula mortisque intrepide subeunt. Deinde dicit ipse patriæ suæ antiquitatem virtutisque laudibus miris extollit. Tunc verò statim ab initio nota, philosophiam scilicet moralem vii o rempublicam gubernaturus esse summopere necessariam. Maxime præclarum esse in bello occumbere, scilicet pro salute patriæ, idque confirmari ex eo, quod hoc apud omnes gentes maximè omnium habuerit. Deinde occasione sumpta ex laudibus oratorum, animadvertit quam perniciosam sit adulatio. Communem siquidem oratoriam in Gorgia adulationis speciem esse indicat. In Theodoro autem adulatore appellat bestiam hominum generi pessillimam, similemque affirmat imperatorum, iucatos animos sub noxia voluptatis esca continere corporis sordibus inquinatis. Hic præterea præstigiatoribus veneficis, adulatorem tam præiuram quam publicum iudicem esse pessimem, quippe qui tanquam fure & homicida deterior, inquit, non pecunias, non ipsam corporis vitam dicitur xat nobis auferat, imò vero tanquam sacrilegus rem sacra, iudicem scilicet rationis sub boni specie iuriprati atque subducit. Et videt quomodo ad deceptat. Non enim in rebus solum occultis, sed id quod mirum est, in manifestissimis artificiosissime fallit. Cui enim non euidensissima sit auita paternarum, oriturque ipsa sui corporis magnitudo atque forma? Perant amen in his quoque adulatores concesserunt circumstantiis. Iam Crito crudeliores, quanto grauius inferunt detrimentum. Iam enim suis poculis exteriora hominis fertur in bestias transformari: his vero lenociniosis suis interiora transformant. Proinde declarat Socrates oratoris, quod gratia populari omnibus malinamentis accipitur, laudent, alios supra modum, quo ipsi laudantur, remque adeo legem graui quædam studio quod dicitur præmeditatione pertrahit. Agreditur præterea patriam cohortari, laudando videlicet ad defendendam paratur. Hic enim erat motus verus. Adhuc enim, publicæ concione illas laudare, quod animus, atque super inferis celebrare. Verum ne supra quam par est oratoris tribuat facultatem, afferit se orationem cuiusmodi ab alio, & quidem à muliere Alpaia, accepisse præsertim cum Socrati tunc em non sit oratorum more concionari. Quod potissimum ordine laudandum sit, præsertim in oratione funebri, manifestè declarat. Quod autem homines at ab initio in Attica regione solum atque, solum ex terra sponte procreatos, ex alijs vero regionibus è terra similiter solum brutæ ut canis, placet, accipit, sine tanquam à philosopho, sine potius oratore. Scito tamè Platonice esse sententiam, post varias terras illusiones, ex abundantia humore atque calore sequenti post diluuium, terram adeò fecundam reddi, vt ex ea non animalia tantum pullula qualia nunc, sed grandia etiam atque ipsi insuper homines vitæ nascantur. Quod quidem & hic & alibi sæpe confirmat. Idque plerique conferunt. Atque ægyptiorum atque Græcorum, & Arabes multi denique, conferuntur præcipue. Algeres atque Aethiopes. Quæ quidem sententia Aristoteles in questionibus naturalibus vtus ex antiquioribus inquit: Quænam modum in paruis temporibus mutationibus parua quædam ex terra pullulant animalia ita in maioribus quoque maioribus in maximis denique maxima atque perfectissima: Plato autem vbiunque ex ipsis terre visceribus erunt animantes, deos artifices adhibet mandari architectis in istis. Deo, inquam, id est idæas specialis, que rationes in ipsa mundi vita diuinæque intelligentia consistit: per quas & statim post diluuium, & quotidie animantia formæ teræ speciei vbiunque; corporumque speciei cuiusque semel abesse videretur. Quod quidem fieri oportere satis in theologia probauimus. Ibi vero nascitur homo, non solum sicut ceteris deorum adhibet manum, sed etiam quoddam Dei summi spiritum in expressione, quæ inquit. Deinde statim natis deos ipsos solum in primis seculis tanquam duces præstitit atque præceptores. Tu vero ex his omnibus, que Moysi et sapientis magis consonant, prædicit eligito. Prædicto id Moysi maximè cogimus, quod hic et in Protego, & in Politico, atque Cri-

112

ta vult hominem aliquando ex terra autore Deo ad Dei ipsius similitudinem fuisse procreatum. Quales autem illusiones sint, & quæ, & quæ ob causam docelimus in Timæo. Post hæc insignis pietate vir patriæ suæ laudes misit, quædam tum charitate, tum arte profertur, ab origine prima, ab ipsa rei publicæ forma, à disciplina quotidiana, à rebus egregijs gestis, que & hinc & aliunde ex alijs scriptoribus manifestissime sunt. Quamobrem emulgentiam nostrum parca concidimus, eiusmodi sententias animantes. Virtuti omnia parent. Prosperitas primò amulationis parit, deinde inuidiam, demum dissentiones & prælla. Omnia passio abique morali virtute non solum vitulit, sed et noxia. Scientia sensum à virtute morali, non sapientia, sed calliditas quædam est iudicanda. Maior um splendor in filiis obscurus euadit, quando per ipsorum ignauiam in posteros non ita descendit, Non est optandum, vt omnia succedant ad vnum. Obseruandum est in omnibus prouerbum vetus, Nil in illi nimis. Qui ita se comparat vt ex seipso pendant omnia que ad beatitudinem conferunt, vel quam proximè ad hoc accedit, hic optimè vitæ am instituit. Noli vel letitia exultare, vel dolore deui. Pariter iudicare debet se genuisse filios, nò vt immortales, sed vt boni forent. Langubres lamentationes demostriores, molesti sunt desensibus, si quidem illas audiant. Perpetuo quodam solenni honore profectus decet eos, qui pro salute patriæ strenuè se in bello gesserunt: eorum filij cura publica educandi, colendi quoque parentes. Ne res ipsa nobis iniqua sint, æque suo animo perseveranda.

SOCRATES, MENE-XENVS.

FORO venit Menexenus? aut vnde? MEN. E foro, o Socrates, & à Senatu. s.o.c. Quid tu ad fenatū? An forte quia disciplina philosophicæ sine adeptum iam & satis profectus te putas, maiora post hæc aggredi studes, nobisque senioribus ipse adeò junior præfesse, vt familia vestra semper sicut solita est, aliquem nobis exhoratè consulere? MEN. Si ipse permittit, o Socrates, consulis, vt præxim, operam dabo: fin contra, nequaquam. Nunc verò dicitur ad Senatū profectus sum, quoniam audiueram eligendum aliquem qui laudibus defunctos ornet. Nam vt, scias, inferas facturi sunt. s.o.c. Audiui equidem, sed quem potissimum elegerit? MEN. Nullum. Nam in crastinum disfulerunt. Arbitror autem Archinum vel Dionem electum in. s.o.c. Videtur Menexene apud plurimas gentes præclarum esse in bello occumbere. Etenim sic è vita migrat, funere & sepulchro magnificentissimo honoratur. Et sic pauper quis ita decedat, laudatione non caret, siue etiam vilis quispiam & ignauus, rursus à sapientibus viris extollitur: qui non temerè, sed multo tempore cõposita & comparata oratione tam egregie laudant, vt dum & que sunt, & que non adfuit, de aliquo prædicant, verborum elegantia auditorum animos quasi præstigij veneficij quibusdam fallant. Ciuitate quoque interim modis omnibus exornant, & eos qui in armis occubuerunt, maiorumque retexunt nostrorum originem. Nos quoque ipsos adhuc viuentes extollunt. Quapropter ego quidem Menexene ab illis laudatus, nescio quomodo generosum quiddam de me concipio: cumque illis passim aut res præbent, mirifica suauitate demulcor, statimque me maiorem, generosiorum, pulchriorum quam antea reputo: ac sepe numero hospites aliqui mecum hæc audiunt, egoque apud illos euestigio præstantior quam antea reddor, nempe & illis idem quod mihi videtur accideret tam erga me, quam reliquam ciuitatem. Nam ab oratore persuasi, mirabiliorum quam prius ciuitatem exultant. Atqui gloriosa hæc venustas mihi plusquam triduum manet, adeo concinna oratio canoraque vox oratoris ore demans aurbus meis infunditur vt vix tandem quarta post

die vel quinta me ipsius reminiscat, & vbi iam terrarum sim agnoscat. Tunc autem exitimo me tantum non beatorum infulus incolere, tanta nostri Rhetores dexteritate præditi sunt. MEN. Semper Rhetores ludis, o Socrates. MEN. Semper Rhetores chigetur defutura sit dicendi facultas, subita nanque obigit optio. Quamobrem cogitur forte quisquis dicitur tunc, ex improbio quodammodo verba faceres. o.c. Quinam, o bone vir! singulari in istorum sunt orationes dudum in hoc compositæ. Tum nec arduum est de his rebus aliquid meditatione dicere. Si enim oportet vel in Peloponnesio Athenienses, vel Peloponnesiacos Athenis laudare, facundo tunc oratore opus esset, qui & persuaderet, & probaretur. Quando autem apud eosdem se quis exerceret, quos & laudat, nò sane difficile est bene dicere. MEN. Facile illud existimas Socrates? s.o.c. Equidem, pro louem. MEN. An speras eloqui posse te ipsum opus fuerit, & Senatus consulto eligaris? s.o.c. Quid mirum Menexene, me ad dicendum sufficere, qui magistram haudquaquam imperitiam in Rhetorica nactus fuerim, quæ & alios multos eloquentes reddidit oratores, & vnum Græcorum omnium præstantissimum filium Xantippi Penicem? MEN. Quænam ista? Num scilicet Alpaia dicitis? s.o.c. Et hæc dico, & filium Metrobij Connum. Hi nanque duo præceptores mihi sunt, Conuus quidem Munæx, Alpaia vero Rhetorice. Ita igitur eruditum virum nihil mirum est in his eloquentem esse. Quinimò & quisquam deterior quam ego doctus fuerim, nisi sicum etiam à Lampro, Rhetoricam vero ab Anaphtonæ Rhamnuo, si tamen poterit inter ipsos Athenienses, Athenienses laudando, sic eloqui, vt eius ab auditoribus oratio probetur. MEN. Quidnam habes quod in medium afferas, si te verba facere oportuerit? s.o.c. Ex me quidem fortasse nihil. Sed hinc Alpaia ipsam audiui funebre de his orationem dictantem. Audiuerat enim quæ & ipse dicebas, Athenienses aliquid electuros esse qui de his orationem haberet. Deinde partim mihi ex improbio quæ dicenda sunt, partim meo quidem iudicio præmeditata exponens, funebrem orationem contexit, quam dixit Pericles, reliquias quasdam ex illa componens. MEN. An non recordaris quæ dicebat Alpaia? s.o.c. Equidè, nisi inuimus sim. Ab ea nanque edidici, parumque abfuit quoniam propter obliuionem plagis illa me cæderet. MEN. Cur ergo non referas? s.o.c. Vereor ne magistra mihi subitacatur, si orationem illius edidero. MEN. Nullo pacto Socrates. Verum gratificari mihi, seu Alpaia, siue cuiuslibet alterius orationem dicere placet, dicat modo. s.o.c. Fortasse me ridebis, si senex adhuc iocari tibi vilis fuero. MEN. Nequaquam, o Socrates, sed die omnino. s.o.c. Mos tibi gerendum est. Fermè nanque si nudatum me saltare iuberes, quandoquidè solum solum, obsequeretur. Sed audiui. Hunc enim in modum, vt arbitror, loqui cæpit, sumens ab ipsis defunctis exordium.

RE quæ iam ipsa iusta his apud nos facta sunt, quæ iam assequitur, iter fatid peccatum, tam publicè à ciuitate, quam priuatim à suis magnifico sumptu, & frequenti concursu diuitis. Verbis vero laudationem ipsi reddidit, iubi, ac profectò ita de eorum. Bene siquidem rebus gestis, ex ipsa verborum exhibitione, ad eos qui gesserunt apud auditores memoria perennis splendorque prouenit. Et verò opus est oratione, quæ defunctos quidè fatid laudet,